Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

B. D. III. 1375. = Mikrofilm nr. 663 (neg. + pos.)
45-197 (eks. 2)
DA BOX
4°
(LN bis 381)
BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS
Kay Høegs eks.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

ANKER KYSTER

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Hypotyposis

ARCIUM PALATIORUM, LIBRORUM, PYRAMIDUM, OBELISCORUM, CIPPORUM, MOLARUM, FONtium, Monumentorum & Epitaphiorum, ab illuſtri & ſtrenuo Viro HENRICO RANZOVIO, Prorege & Equite Holſato, conditorum, cum nonnullis eorum Ectypis partim æneis, partim ligneis, & in fine additis Epigrammatibus, conſcripta & edita à

PETRO LINDEBERGIO, ROST.



Francofurti apud Ioannem Wechelum,

Anno CIƆ IƆ XCII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]



BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Kay Høegs Samling

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

CANDIDO LECTORI S. D.

PETRUS LINDEBERGIUS, Roſtochienſis.

CUM hoc, quidquid eſt operis, Lector benevole, pluribus communicare, & prælo ſubjicere decreviſſemus; viſum nobis fuit pauca, de Phœnicis & Cimbrici noſtri Polyhiſtoris laudibus, libare & præmittere. Etſi autem ego facile meam tenuitatem hac in re agnoſco, atque is non ſum, qui tantum heroa per totam Germaniam Martis & Palladis ſtudio clariſſimum, & adhuc vivum (quod plerunque adulationem ſapere ſolet) ſatis laudare & accurate depingere poſsit: tamē cū id amicis volentib. facere debeam, non longis utar ambagibus, ſed μακρῶν ἄνευ προοιμιῶν, πολλῶν τε καὶ χωρὶς πα-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

θῶν, more Laconico ad ipſum propoſitum accedam, & quæ mihi de hoc viro conſtant, brevibus præfabor, omnino ſperans candidum lectorem, de hac qualicunque mea opera & collecto libello, benigne judicaturum, & veniam, ſicubi, vt ſolet in talibus, hallucinatus fuero, libenter mihi conceſſurum: quod ut faciat etjam atque etjam peto & contendo.

Vipertus II. obiit An. Ch. 1124.

Otto Ranzovius vixit An. C. 1186.

Primum vero omnium non eſt, ut exſpectet quiſquam vulgarem illam, a VIPERTO II. MARCHIONE LUSATIAE, BURGGRAVIO MAGDEBURGENSI ET LISNICENSI, COMITE GROITZENSI, cujus pronepos fuit Otto hujus familiæ conditor, Ranzovianam deductam Genealogiam: cum nemo tam nō dico per Cimbricam Cherſoneſum, ſed per Saxoniam, imo totam Germaniam hoſpes ſit, qui eam ignoret: nemo qui hanc gentem ante quadringentos annos in Holſatia floruiſſe, & quaſi perpetuum ſeminarium bellicoſorum militum, & magnanimorum ducum fuiſſe non ſciat. Quis eſt, quem BALTHASARI illius principis optimi, EPISCOPI quondam Lubecenſis ac præpoſiti Sleſuicenſis ex hac familia prognati encomia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

mia lateant? Quem fugiat DANIELIS RANZOVII viri bellicoſiſsimi, & FRIDERICI II. Daniæ Regis ſereniſsimi, primarii copiarum ductoris ac præfecti, celebritas? Cui obſcurum eſſe poteſt illud quondam Cimbricæ gentis lumen & numen, decus & columen, JOANNES RANZOVIUS Henrici pater? qui, poſt ſuſceptum balthei militaris decus, Daniam ab infeſtiſsimo hoſte oppugnatam vindicare juvit, octies patentibus in cãpis, diverſis prœliis hoſtiles acies ſuperavit, & omni virtutum bellicarum & togatarum laude & lampade præ cæteris fulſit. Quis non HENRICUM nobilitatis Saxonicæ apicem & Phœnicem novit? Cui naſcenti (anno 1526. quinto Idus Martias) ſummam ingenij dexteritatem, nominis celebritatem, divitias ingentes, & rerũ omnium felicitatem Mathematici prædixere. Quam vere, ſatis eſt in propatulo. Non enim ſolum a prima ſtatim pueritia animum ingenuis artibus expolivit, ſed etjam adhuc ætate ingraveſcente (quod nigro cygno rarius inter primæ notæ homines) colere pergit, neque id in ignavo ocio, ſed in ſumma Reipublicæ luce & cõmuni omnium bono. Præcipue autem delectatur ſtudio

Aſtronomico, quo tædium & nauſeam catenata quaſi variorum negotiorum mole obortam diſcutit, tantoſq; in eo progreſſus fecit, ut non ſolum ſibi, ſed etjam amicis futura, judicio ex geneſi facto, prædicere poſſit. Quod videre licet ex lucubrationibus, partim ſuo, partim fictitio nomine, a ſe editis, Calendario nimirum Ranzoviano, Speculo Aſtrologiæ, Horoſcopographia fabricā cardinum cæleſtium continente, & nonnullis aliis, quorum in tractatu noſtro mentionem faciemus. In medicina, poeſi, & hiſtoriis ſimiliter tantum profecit, quantum noſtra tempeſtate ex Saxoniæ nobilibus nemo. Nam præter hiſtoriæ, ut diximus, cognitionem excellentem, & eloquentiæ laudem eximiā, elegans etjam, doctum & feſtivum carmen ſcribit, & medicinam ſumma cum laude, quando libet, facit. Quo ipſo, ſecundum Aſtrologorum vaticinia, ad immortalitatem ſibi viam ſtravit, & ſuorum majorum laudes, ſpretis nonnullorum Cyclopum & Centaurorum cavillis, longe poſt ſe reliquit. Bello uni duntaxat interfuit, imo cum patre ſuo præfuit, Dithmarſico ſcilicet. Nā quod juvenis adhuc in Caroli V. aula cum ADOLPHO *Holſatiæ duce per ſeptennium vixerit, cum-*

Bellum Dithmarſicum geſtum fuit An. Chr. 1559.

que

que eo in equitibus ac peditibus cogendis in expeditione Metenſi Cæſari operam navârit, id lubens prætereo. In illo autem bello quam multa præclare geſſerit, paucis, opinor, eſt incognitum, cum Dithmarſi antea invicti, jam victi deditionem facere, veniam petere, nudoque capite & flexis genibus juramentum ſubjectionis præſtare coacti fuerint: quorum ditionem ſubjugatam inter Regem Daniæ Holſatiæq; principes diviſit. Flagrante bello Suecico, Holſatia ipſius fidei ac curæ commiſſa eſt, ne hoſtes de improviſo in eam irruptionem facerent. Quin etjam delectus equitum & militum, in Daniam contra Regem Sueciæ proficiſcentium, ab ipſo eſt habitus, idque ex mandato Regis FRIDERICI *II. a cujus patre* CHRISTIANO *III. præfecturæ Segebergẽſis adminiſtrationem paucis ante annis fuerat adeptus, & in Ducatibus, Sleſuicenſi, Holſatiæ ac Dithmarſiæ Gubernator deſignatus. Quam dignitatem per ſpatium 36. annorum obtinuit, & in hodiernum uſque diem ſumma cum principum vicinorum gratia & favore, ſubditorum benevolentia & amore obtinet. Acerrimas habuit cum Comitibus Hojenſibus conten-*

Bellũ Suecicũ exarſit An. C. 1562.

tiones, tum ratione æris alieni, quo ſocero ſuo obſtricti erant, tum quod uxoris fratrem in vincula conjecerant: ad quam rem vindicãdam Franciſcus ab Halle Jodocum juniorem Comitem Hojenſem, fratrem Joannis Epiſcopi Monaſterienſis, natum ex ſorore Guſtavi Sueciæ Regis, in oppidulo Segebergenſi cepit, & cuſtodiæ itidem mancipavit. Cum autem in judicio Cameræ, pro ſe & contra Comites Hojenſes, ſententiam latam jure belli, vi & armis perſequi decreviſſet, tãdem interpoſita tractatione Regis Daniæ Chriſtiani III. & Electoris Saxoniæ Auguſti, hæc controverſia Anno 1558. Ulzenij eſt ſopita. Apud Regem FRIDERICUM *II. tanta valuit fide & auctoritate, in arduis graviſsimiſq; rebus perſpecta, explorata, cognita, ut emergentibus quibuſcunque maximi ponderis & momenti negotiis (inter quæ vel præcipua eſt pacis inter Daniæ, Sueciæ, ac Poloniæ Reges, & ciuitatem Lubecam, Stetini facta Anno 1570. Menſe Novembri, tractatio) ſemper fuerit adhibitus, & ab ipſo præcipuo loco habitus: quod, cum aliis illuſtribus teſtimoniis & confirmationibus, tum in ordinem Danicum cooptatione, & donatione inſignium*

aurei

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

aurei elephantis cum turri, Rex ſatis declaravit. De divitiis ejus quid dicam? quibus ita eſt divinitus cumulatus, ut Principis alicujus cenſum, ſi non exſuperare, ſaltem adæquare poßint. Sola cum uxore (CHRISTINA *ab* HALLEN, *Franciſci ab Hallen ex equeſtri Brunſuicenſium ordine nati filia unica, præter magnam iſtam auri vim, prætertot arces, tot palatia & prædia cultißima a patre ſibi relicta, ultra quadringenta millia dalerorum in dotem accepit, &, quod ipſi in proclivi fuit, uno & eodem fere tempore, Carolo V. Reginæ Angliæ, Regi Danorum, nec non civitatibus, Antverpienſi, Lubecenſi, Gedanẽſi atq; Hamburgenſi aliquot centena millia Joachimicorum mutuo dedit. Nec minus felix eſt liberis, quorum genuit maſculos ſeptem, femellas quinque. Ex maſculis quatuor fato conceſſere. reliqui regiarum arcium Præfecti, Conſiliarii, & in aulam ſunt adſciti. Natas viris item primariis & Regum Conſiliariis, amplißima & in his regionibus dote inuſitata (ſingulis 25. millibus dalerorum, præter mundum muliebrem magni pretij numeratis) elocavit. Nolo hic cuncta commemorare, ne invidiam potius quam admiratio-*

nem excitem, ut eſt plerunque inſignis felicitatis comes invidia. unum tamen quod mihi olim de hoc viro fuit auditu jucundiſſimum, priuſquam deſino, referam. Cum ante quinquennium, Italiam omnium terrarum alumnam luſtrandi gratia, per Marchiam iter facerem, incido neſcio in quem equitem, poſt varios ſermones habitos aſſerentem, ditem & opulentum iſtum JOACHIMUM SCHULENBURGUM, ab Auguſto Electore aliquando interrogatum, num Romano in Imperio etjam tantis divitiis, arcibus, prædiis, & fama, inter ſui ordinis homines ſibi parem noſceret, cum diu ſubſtitiſſet, reſpondiſſe: unus, unus eſt, qui tam divitiis, arcibus, prædiis & fama, quam libris & liberis me ſuperat, atque is eſt R. M. Daniæ in Ducatibus Gubernator & Legatus HENRICUS RANZOVIUS. ô laus præclara, ô elogium & encomium præclarum, a magno viro, viro magno datum: at multo præclarior eſt ejus erga patriam amor, & beneficentia, erga litteratos favor & munificentia; erga pauperes & egenos liberalitas: quæ ſingula tanta ſunt, ut fateri cogar quod res eſt, quodque libere & libenter fateor, RANZOVIUM omnes ſuos anteceſſores

& æqua-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

& æquales, cum in hac parte, tum in patria exornanda pyramidibus, obeliſcis, variis ſtructuris, ædificiisq́; elegantiſsimis longo intervallo poſt ſe relinquere. Sed, ne epiſtolæ orationem includam, finem facio. Non enim id in præſentiarum agimus, ut, inſtar panegyrici, hujus viri adhuc vivi laudes congeramus, verum qui ſit ſaltem demonſtremus. Vale, candide Lector, & hoc, quidquid eſt, in honorem Mæcenatis noſtri non ſine multo labore hinc inde a nobis congeſtum, ſcriptum, conſcriptum, boni conſule. Datæ Roſtochii, Anno ab orbe redempto ſupra ſeſquimilleſimum nonageſimo ſecundo, quinto Iduum Martij, quo ante annos 66. ſtirpe nobiliſsimus, opibus ampliſsimus, fama clariſsimus hic heros & vir incomparabilis natus eſt, quem Deus Opt. Max. ad litteratorum & litterarum incrementum, & patriæ ſalutem, quam diutiſsime florentem & incolumem conſervet & tueatur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]



Hactenus armatum nunc me ſculpſere togatum
Namque annis habitus conuenit ille meis,
Dum poſtrema mihi ferme iam uiuitur ætas.
Arma uiros ornant; Sed toga longa ſenes

ALIVD

Hæc eſt effigies Henrici uera togati
Ranzouij, uiuis conſpicienda notis.

ALIVD


Nobilis expreſſit ſculptoris dextera uiuos
Henrici uultus ſedula Ranzouij.
At, quae rara latent ſub pectore dona Mineruae

Anno Dñj. 1588.
Aetatis ſuæ anno
LXIII

Caput Primum,

DE ARCIBUS ET PRÆDIIS RANZOVIANIS, ET PRIMO

DE BREDEBERGA, CUJUS ELEvatio poli eſt grad. 54. min. 25.



Clara Domus ſtructura, opibus, cultuq; ſuperbo:
Sed fama Domini clarior illa ſui. I.G.D. Cancel.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

INTER Arces, quas poſſidet ſtrenuus & nobilis vir HENRICUS RANZOVIUS, R. M. in Ducatibus Vicarius, Præfectus Segebergenſis, Dominus in Bredenberg, Drakenburg, Rintelem, Wellingſbuttel, Hattſtedt, Tuſchenbeck, Ranzovisholm, Wandesbeck, Bucken, Melbeck, Redingſtorp, Ovendorp, Nutſchow, Nuchel, Gronow, Stelnow, Erffradt & Rãzou, primaria & munitiſſima eſt BREDENBERGA, in ea Transalbinæ citerioris Cimbricæ Cherſoneſi parte ſita, cui Holſatorum incolarum idiomate STORMARIÆ nomen eſt, undiquaque foſſis & planitie ad quingentos paſſus circumſepta atq; diſtincta, quæ ſingulis ſex horis, ubi neceſſitas ita poſtularit, aggere perrupto, inundatis late agris, aquis obduci poteſt. Occidua parte Bredenbergæ pagi oram reſpiciens, inter Vellulam ſylvam, & Storam navigabilem, flumen Francorum hiſtoriis inclitum, jacet, quæ, Carolum Magnum in ejus ripa ad Transalbinos bello ſubactos in officio retinendos, munitiones excitaſſe, perhibent. Ab hac autem arce paſſus 350. diſtans in Albim ſe exonerat, eaque ſitus commoditate gratas Oceani divitias recipere, illiq; viciſſim Cereris, & agri vicini abundantiam magno emolumento & commodo concredere & ſubminiſtrare poteſt. Diſtat Hamburgo ſeptem, Lubeca decem, Segeberga ſex, Rendeſburgo ſex, & Chilonio octo miliaribus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

liaribus. Foſſa profunda circumcirca eſt ducta, octagenos quinos lata pedes, in cujus fere medium demiſſus arrectus ordo vallorum præacutorum, inter ſe tranſverſarie conjunctorum, qui non amplius duobus cubitis ex aqua eminent, ut, qui tranſilire eos pararit, ubi tranaverit, ſe ipſe iis induat ſit neceſſe. Tranſitus foſſæ ad æquinoctialem exortum ſpectat, ponte egregio eſt conjunctus, interciſus aliis duobus ponticulis penſilibus.

Mœnia autem lateribus deuncẽ longis ſunt exſtructa, quadrata, ſicut & vallum, cui paribus prætenduntur lateribus, eorum ſingula pedes habẽt quadringentos ſexagenos quaternos. In exterioribus angulorum partibus turres habent rotundas, unam ad orientem, ad occidentem alteram, quarũ diameter eſt ſexagenum ternum pedum. Mœnibus proxima eſt totius arcis validiſſima munitio, vallum, quod orgiis paulo plus novem altum, circiter pedes quinquaginta eſt latum, obſitum per intervalla duabus ſepibus vivis, ex ruborum & ſentum caninarum plãtis in ordinem diſpoſitis. Id ſepium genus, præterquam quod naturalibus ſpiculis adverſus hoſtiles inſultus eſt munitum, facem non timet, & ne tantula poſſeſſoris impenſa eget. Sed omnem magnificentiam, elegantiam, & munitionem arcis huius enarrare nimis longum foret: qui volet, legat Georgium Cruſium, & D. Georgiũ Braunium, decanum & Canonicum Colonienſem, tomo

quarto Urbium orbis terrarum, à quibus ad unguem eſt deſcripta. Condita autem arx eſt primum à Joanne Ranzovio equite aurato, Anno Chriſti 1530. quam deinde nobiliſſimus & magnanimus Heros filius ipſius Henricus, modernus arcis poſſeſſor, novis ædificiis ſic auxit & expolivit, ut illi ſecundas inter Holſatica munimenta hi nunc deferant, qui oppugnationum non imperiti habentur. Ejus excellentiam ſequentes verſus depingunt.

Arx ſum Ranzoûm dominis habitata duobus,
Maxima Cimbrorum gloria uterq; fuit.
Conſilio pollens, armiſq; valens Joannes,
Et pater & primus conditor arcis erat.
Filius Henricus ſucceſſit doctior arte,
Et ſimul armorum, militiæq; ſciens.
Cedant arma togæ, ſua belli gloria laudi eſt;
Filius at laudem Martis & artis habet.

Jonathas Gutsloff. I.V.D.
& Holſat. Cancel.

Aliud.

An. Chr. 1530. *Arx ego ſum vallo, & foſſa munita profunda,*
Nomen de lato monte vocata gero.
Sex & ter centum ſol luſtra peregerat ingens,
Ex quo natus homo Chriſtus in orbe fuit:

Cum

Cum patruele ſuo Fridericus bella gerebat,
Illo qui profugo, Danica ſceptra tulit.
Hoc me tunc ſtatuit Joannes limite terræ,
Ranzovio natus ſanguine clarus eques.
In domini, ſtirpisq; ſtruens, & prolis honorem
Condidit, hæc illi maxima cura fuit.
Reddidit ille animam ſuperis, ego duro ſuperſtes,
Et mecum illius nomen honosq; ſimul.
Sic immota loco ſeros hoc ſpector in annos,
Et tanti eſſe viri nobile teſtor opus.
Quo ſine nulla ſatis ſunt propugnacula firma,
Tu me præſidio Chriſte tuere tuo.

Joachimus Hinckius, Decanus Bremenſis.

ALIUD.

Cum ſterili tumulus ſtarem infœcundus arena,
Nilq; meus, ſentes præter, haberet ager:
Me Satyri tenuere rudes, Fauniq; bicornes,
Et quæ vipereo ſanguine monſtra ſcatent.
Quos ubi Joannes ſubmovit, nobilis heros
Ranzovius, cepit cultior eſſe locus.
Ille valens animo & victricibus inclitus armis,
Eſſem munitæ fecit ut arcis opus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Quam modo Pierides complexus mēte venuſta,
Filius Henricus perpolit arte ſua.
Sic mihi pro Faunis, Mavors atq; innuba Pallas
Mœnia tutantur: cetera habent Charites.
At te Chriſte precor, qui nutu cuncta gubernas,
Vt tutelaris Juppiter eſſe velis.
Ranzoviumq; mihi & natos, caroſq; nepotes,
Cum longa ſalvos poſteritate dare.

DE PORTA ARCIS.

POrta arcis arcuata eſt teſtudine, paſſibus quindecim lõga, utrinq; deauratis verſibus in æs ſculptis radiat, inter quos elegans hoc tetraſtichon legitur.

Si nihil ædificas, qui ſpectas noſtra, viator,
Aut mea ne carpas, aut meliora ſtruas.
Si meliora tenes, id divos poſcito mecum,
Ne, quod uterq; tenet, faſcinet invidia.

IBIDEM.

Janua ſinceris ego nunquam claudor amicis,
Oſorem ſemper clauſa ſubire veto.

DE ARMAMENTARIO.

IN meridionali parte valli armamentarium eſt, omni genere apparatus bellici inſtructiſſimum, præcipue tormen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

tormentis æreis, quæ, quod veteribus ignota fuerint, nove dicuntur bombardæ, & pro magnitudine & uſu diverſum ſortiuntur nomen, currules, colubrinę, falcones, ferreæ quinquipedæ, ſcloppeti manuales, & alia horridioris ſoni. In hoc ipſo magna etjam copia pulveris nitrati, pilorum, ſulphureorumque globorum, & cannabinorum ſertorum pice illitorum, eſt recondita. Cataphracti autem in tabulato ſervantur, ut & loricæ, thoraces, galeæ, haſtilia, lanceæ, enſes, tympana, vexilla, χειρόμυλα ferrea, ingenioſe nunc primum inventa, quibus in acie pro malleis præacutis utaris, &, ſi res ita ferat, in obſidione quotidie ſeſquimodium molas. In foribus hujus ſequens decaſtichon viſitur.

Longa domus belli capit inſtrumenta cruenti,
Dum bona tranquillæ tempora pacis eunt.
Grandia ſtant illic uteris tormenta cavatis,
Et nunc ceu placido preſſa ſopore tacent.
At ſubeant hoſtes, mox longa ſilentia rumpent,
Et piceas flammas ore pilasq; voment.
Sidera pulſabit ſonus alta, remugiet æther,
Et gemitus tellus, mota fragore, dabit.
Sulphureoq; globos procul ejaculata cavernis,
Turbine, proſternent obvia quæq; ſolo.

DE COCHLIDE.

PRæter alia ornamenta, continet præſens arx Cochlidem elegãtem, octogenariam, ad turris altitudinem


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

conſtructam, ex ſectis ad gnomonem lapidibus, ab Auguſto Saxoniæ Electore H. R. donatis. Quod Cochlis ipſa, venuſto hoc carmine, candida gratitudine teſtatur.

Hæc Cochlis exciſis, quam conſpicis, ardua ſaxis,
Magnanimi donum principis illa mihi eſt,
Saxonicam qui frena tenet ſeptemvir in oram,
Et pius Auguſtum nomine reqꝫ refert.
Hic mihi donavit lapides, cum miſſus ad illum,
Dania cui paret, nomine Regis eram.
" *Ipſe ſuum munus commendat muneris auctor,*
" *Grataque ſunt magnis dona profecta viris.*
Ergo etiam nobis dono data principe tanto,
Gratior hæc noſtra ſtabit in arce Cochlis:
Et ſpectaturis ſero teſtabitur ævo,
Nobile ſe munus Saxonis eſſe Ducis.

ANTE DICTAM COCHLIDEM COlumnæ tres poſitæ ſunt, quarum media ex alabaſtro formam obeliſci habet, reliquæ duæ ex calce Segebergenſi ſunt fuſæ, in quarum ſuperiore parte duo leones plumbei, longitudine trium cubitorum exſtant, deaurata ænea inſignia ducum Brunſuicenſium & lampades geſtantes, quarum typum cum inſcriptione è regione appoſitum vides.

MUNUS



MUNUS JULII DUCIS BRUNSUI-
cenſis HENRICO RANZOVIO *dona-
tum Anno Chriſti 1583.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

DE HOROLOGIO.

IN hac ipſa Ranzovianæ familiæ hereditaria arce, ſubtile automaton horologium, artificioq; prorſus ſummo elaboratum cōſpicitur, cujus denticulati orbes interius libramentis ſic impelluntur, ut exterius in Auſtrali tabula Planetæ ſenſim emergant, & dierum nomina oſtendantur: in Septentrionali duo ſtili horas atque earum quadrantes diſcriminent: ad orientem, cataphracti equites, haſtis ad ſingulos horarum quadrantes, ſervato elapſorum quadrantium numero, alternatim jucundo ſpectaculo minori campanæ incurſent, velut præmonentes, maximam late jam jam boatum daturam, horasq; diſcriminaturam. Occidentalis horologii facies duodecim zodiaci ſigna, in circulo immobili horas, in ſignifero menſes, ſigna, & eorum gradus indicat. Lunæ item horas, tarditatem & celeritatem motus, diſceſſum & reditum ad Solem ob oculos ponit. Sed, cum cetera intricatiora ſint, & tam verba quam Geometrica lineamenta, quæ locum hic nō habent, requirant, hæc de automato brevibus dixiſſe ſufficiat, his additis verſiculis:

Hoc opus æqualis ſpatiis diſtantibus horas,
Lapſaque ſub terras, ortaq; ſigna docet.
Quæ mediam cæli labentia ſidera, & imam
Obtineant, verſo cardine, ſigna domum.

Lunaq;

Lunaq; quo Phœbo jungatur tempore monſtrat,
Oppoſitum teneat Lunaque quando locum:
Felices animæ, quibus hæc ſapientia curæ eſt,
Lucidaque immotis legibus aſtra colunt!
Illas poſteritas meriti memor inferet aſtris:
Aſtrorum monſtrat fabrica mira Deum.

DE BIBLIOTHECA hujus arcis.

Bibliotheca hæc eleganti fornice teſtudinata eſt, & conjuncta ſacello, librisque reſervandis deſtinata, quorum 6300. varii generis auctorum ex omni orbis parte, magno ære & labore coemptos retinet, ut & diverſi generis æneas tabulas & ſculpturas, marmoreaſq; ſtatuas, globos, mappas Geographicas, aſtrolabia, horologia, aliaque id generis inſtrumenta Mathematica plurima, quæ non ſolum ad pompam, aut ſpeciē congeſta habet Ranzovius noſter, ſed liberaliter amicis, operam ſuam in re literaria promovenda ponere cupiētibus, & gratis & ultro offert. Quinetjam ipſe variis & immenſis occupationibus plerunq; diſtrictus, in hanc ſeſe abdit, cumq; tot virorum illuſtrium monumentis pedem confert, & nunc à Philoſophorum familiis ad Theologos, ab his ad medicos, &c. una aut altera hora deficit, quod teſtantur ſequentes, ad libros hujus Bibliothecæ ab ipſo ad Flaminii imitationem ſcripti, verſiculi:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Salvete aureoli mei libelli,
Meæ delitiæ, mei lepôres:
Quam vos ſæpe oculis juvat videre,
Et tritos manibus tenere noſtris!
Tot vos eximii, tot eruditi,
Priſci lumina ſæculi & recentis,
Confecêre viri, ſuasque vobis
Auſi credere lucubrationes,
Et ſperare decus perenne ſcriptis.
Neque hæc irrita ſpes fefellit illos.
Veſtro præſidio per univerſum
Ævo perpetuo leguntur orbem,
Doctorumq; volant per ora clari.
Vos eſtis requies honeſta mentis,
Jucunda ingeniis bonis voluptas,
Rebus perfugium minus ſecundis,
In lætis decus, & nitor refulgens.
Vos ætate puer virente, magno
Sum complexus amore, nunc vir autem
Multo proſequor impotentiore:
Et quam fata diu ſinent amare,
Vobis immoriar mei libelli:
Ac cum rege lubens fatebor illo
Alphonſo egregio, eſſe cariores

Veſtras

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Veſtras divitias mihi, benigna
Quam ſors quas mihi contulit caducas.
Hæc eſt vera beatitudo vitæ,
In caſto thalamo, pia bonaque,
Quæ ſit nupta viro comes laborum,
Junctum conjuge, functione certa,
Inſervire DEO, breviſque vitæ
Semper munia ſedulum ſubire,
Et caram ſobolem ſibi educare
Lectis moribus æmulam, parare
Multis commoda, nemini nocere.
Tum ſi quando graves premunt dolores,
Et curæ ſubeunt laborioſæ,
Jucunda recreatione mentis,
Triſtes pellere cogitationes,
Aut evolvere, plurima refertos
Priſcorum ſapientia libellos.
Et ſic tam bene colloqui diſertis,
Æternoq; viris honore claris,
Quamvis ſæcula multa iam ſepultis.
Aut pernicis equi ſubire tergum,
Venariq; feras & in doloſos
Nunc parvum leporem fugare caſſes,
Et cervum cane perſequi ſagaci,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Nunc urſum truculentum, aprum ve torvum
Ferro ſternere tranſeunte corpus.
Hæc poſt difficiles graueſque curas
Optata ingenij quies honeſti,
Hic vitæ tenor eſt beatioris.
Salvete aureoli mei libelli,
Salvete, ex quibus hæc mihi voluptas,
Ævum percipitur per omne, grata.
Quam vos intueor libenter, & quam
Iubens colloquor! Ecquid æſtimandum eſt
Curis eſſe beatius ſolutis?

HENRICI RANZOVII PERPEtuum de Bibliotheca ſua decretum.

Quæ infra ſcripta ſunt, hunc in modum ſancita
Inviolateq́; obſervantor. (ſunto,
Ranzovii, nec quiſquam alius, hanc poſsidento,
Heredes eam non dividunto,
Nemini libros, codices, volumina, picturas,
Ex ea auferendi, extrahendi,
Aliove aſportandi,
Niſi licentia Poſſeſſoris,
Facultas eſto.
Si quis ſecus fecerit,

Libros

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Libros, partemve aliquam abſtulerit,
Extraxerit, clepſerit, rapſerit,
Concerpſerit, corruperit,
Dolo malo:
Illico maledictus,
Perpetuo exſecrabilis,
Semper deteſtabilis,
Eſto, maneto.

IN BIBLIOTHECAM.

Quā Bredeberga tenet, merito celebratur ubiq;
Laudibus a doctis, Bibliotheca, viris.
Tam variis etenim, totq; eſt inſtructa libellis,
Ut non huic habeat Cimbrica tota parem.
Prima Sacris libris claſsis ſpatioſa dicata eſt,
Qui noſtræ tradunt Relligionis opus.
Hinc ſequitur Legum Juriſprudentia cultrix,
Hæc eſt juſtitiæ fida miniſtra ſacræ.
Tertia ſed claſsis Medicinæ tota tributa eſt,
Quâ viget humani corporis ipſa ſalus.
Vendicat hinc quartam claſſem ſibi docta Ma-
Inde ſacros Vates, Hiſtoricoſq; vides. (theſis:
Bis ter mille libris conſtat, libriſq; trecentis, Libri Bibliothecę 6300.
Vilibus exceptis, quos numerare grave eſt.

Dii faxint ſuperi, multos ſit ſalva per annos,
Et maneat ſeræ poſteritatis opus.

Dethlevus Sylvius.

In eandem.

Si Phœbus, Muſæ, Pietas, Aſtræa, Minerva,
Et quotquot Sophiam Diiq; Deæq; fovent,
Si noſtro vellent (quod abominor) orbe relicto
Quærere diverſo forſan in orbe larem:
Præſidium, Bredeberga, tamen cõmune locarent
Arce tua, & cunctis hæc foret una domus.
Quidquid enim doctis mandari ea nomina char-
Quæ lauro inſcribi, quæ voluêre cedro: (tis,
Magnifico ſumptu congeſta hîc, optimus Heros
Ranzoviæ Henricus gloria gentis, habet

Vitus Gruelus D.

Aliud de eadem ad bibliothecæ poſſeſſorem.

Non ſatis eſt armamentaria condere magna,
Bibliotheca etjam condita pulcra tibi eſt.
Pacis ut & belli, RANZOVI, munia cures,
Utrumque & ſubeas Martis & artis opus.

Lindebergius.

In

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

In eandem.

Continet hæc varios nova Bibliotheca libellos,
Quos tibi volvendi copia larga datur.
Nobilis hos certis diſtinxit claßibus auctor,
Quemlibet & titulum jußit habere ſuum.
Ut tanto melius librûm diſcrimen haberi,
Ordinis & ratio major ut eſſe queat.
Sive igitur te ſacra juvant vel ſcripta prophana,
Exhibet hæc varios Bibliotheca libros.

ALIUD.

Hîc monumenta vides hominum, quos qualibet
Ob Sophiæ ſtudium jußit honore coli. (ætas
Qui te colloquii, quamvis ſint morte ſoluti,
Participem multâ reddere voce queunt.

IN BIBLIOTHECAM ET
adjunctum ſacellum.

Quod bene conveniunt, & in una ſede morātur,
Conjuncta eſt ædi Bibliotheca ſacræ.
Struxit utrumq́;, gravi motus pietatis amore,
Henricus Ranzow nobilis auctor, opus.

Chriſtophorus Sylvius.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

IN BIBLIOTHECAM ET PYRAMIDEM.

Pyramidum quondam miracula Memphis ad
aſtra
Extulit, in Phariis urbs celebrata Nomis.
Librorum moles eadem omni ex parte coactas
Legit, ibi ut princeps Bibliotheca foret.
Sed dudum periêre libri, veſtigia tantum
Pyramidum veterum nunc ſupereſſe ferunt.
Ergo velut Memphis gelidas migrarit ad Arctos
Auſtrinisve inſit terra boréa plagis:
Ranzovii hîc opera cælo ſe Pyramis infert,
Atque adeo innumeris Bibliotheca libris
Plena ſtat; & variis oculos animumque figuris,
Et gnomis paſcit, carminibuſque bonis.
Pro Memphi Cimbros poſthac ut viſere poſsit,
Cernere tam rara hæc cui monumenta libet.
At tu Ranzoæ celeberrima gloria ſtirpis,
Hoc ſplendore tuo, magnificoque animo,
Notus eris tot ſæcla; libris quot litterulæ inſunt,
Et quot momentis Pyramis aſtra petit.

Nathan Chytræus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

IN TABULA QUADAM SUSPENSA muſcæ hoc Epitaphium, in calice ſubmerſæ, legitur.

Guſtatrix jacet hic lautorum muſca ciborum,
Et conviva frequens Principis in tabula.
Non volucris roſtro, ſtimulis nec araneæ aduncis,
Cretica ſed guſtans pocula, pota cadit.
Nil opus eſt luctu: quis enim tam nobile fatum
Lugeat? eſt auro condita, merſa mero.

IN PICTURAM CUPIDINIS furantis mella.

Pungit apis puerum Veneris, dum roſcida mella
Furatur: ſic ſunt dulcia miſta malis.

In caſum Phaëtontis ibidem depictum.

Aſpicis ut Phaeton rapido Jovis occidat igne;
Ne ride. punit corda ſuperba Deus.
Hic Clymenen habuit matrem Meropemq; pa-
Jactavit Phœbo, ſe tamen eſſe ſatum: (rentē,
Quinetjam conſcendit equos ſoliſque quadrigas,
Atque ſuis impar viribus urſit opus.
Sed mortalis ubi temere cæleſtia tentat,
Neutrū habet: at faſtus præmia fulmē habet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Te modulo metire tuo, qui talia ſpectas,
Ne gravet infirmum ſarcina magna caput.
Qui fueris, hic eſſe velis, ſublimia vita.
Ultra qui peram non ſapit, ille ſapit.

SUB LUCRETIÆ STUPRO.

S. Tarquinius Lucretiæ.

Si clamas, ferro moriêre Lucretia: vincam,
Si pugnas: ſin das, quæ volo, dona feres.
Abnuis? interimam, cum quo dormiſſe feraris,
Servum, & adulterij teſtis adulter ero.

LUCRETIA TARQUINIO.

Sexte, quid ô facis? ô frenis inhibeto furorem.
Ante fores Nemeſis ſanguinolenta cubat.
Vivit adhuc idem, qui punijt Ilion ingens,
Ad tua connivet nec malefacta DEUS.
Scilicet unius noctis peritura voluptas,
Expellet regnis teque genuſque tuis.

H. R.

DE SACELLO.

UT reliqua conclavia in hac arce artificioſe ſunt ordinata & ornata; ita etjam ejuſdem ſacellum, quod præter

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

præter pavimentum emblemate vermiculato eleganter conſtratum, ęreum baptiſterium, varia candelabra, & divitem ad ſacra facienda ornatum, etjam pretioſa Redemtoris noſtri cruce aurea, araque marmorea, cui miri candoris interlucēte auro bracteato inſculpta eſt Euangelica de filio prodigo parabola, magnificentiam quandam regiam & egregiam ſpirat, & ſtructura ſua eleganti, artificioſiſq; picturis, quibus admodum quoque venuſtum & auguſtum eſt, nullo in iſto ferme tractu cedit. Eo loco, ubi Henricus Ranzovius ſacris intereſſe conſuevit, patris hoc Epitaphium è cancellaria Danica miſſum in æs luculenter inciſum videtur.

Cum placido vitæ mutaſſet tempora fato
Heu Janus hic Ranzovius.
Luxerunt Nati, Conjux, Holſatica tellus,
Vno ore plangentes patrem.
Mars tumulo impoſuit Laurum, zonamq́; tropæumque,
Et hoſtibus demptas opes.
Pax etjam, aut concors huic, aut cōtraria Marti,
Laudavit ipſa animum viri.
Fama hinc diſpergens late ore, manuq; ſecuta eſt,
Virtutis excellens decus.
Qualiter hunc igitur vixiſſe putabimus ævum,
Per luſtra bis ſeptem & tria?

Tot namq; hic vixit, quem Mars, pax, fama per-
Laudent, requirant, efferant; (ennis
Et pia cum natis conjux viduata marito,
Et patria, lugeant patrem.

AD FORES HENDECASYLLABI ſequentes conſpiciuntur.

Hunc quicunque ſubis locum, reſiſte
Paullum, ſi placet, atque paucula audi.
Votivum domini vides ſacellum,
In quo res perago ſacras, & ore
Noſtræ percipitur ſalutis auctor,
Funduntur que preces, piæque voces
Et dicuntur & audiuntur. Ergo
Arcem ſi venis huc videre ſaltem,
Illius ſtudium, bonamque mentem,
Qui poni voluit ſibi, probato,
Aut, ſi res ita fert tua, æmulare,
Et ſemper pietatis eſto cultor:
Sin huc ingrederis, ſacris ut ipſe
Interſis ſimul, ad fores, prophanas
Omnes exue cogitationes,
Et mentem indue ſancta cogitantem,
Præſentemque puta Deum videre,

Ad

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Ad quem verba facis, preceſque fundis.
Illi corde pio, piaque lingua,
Pro donis age gratias benignis,
Collauda, venerare, concine, atque
Dictis ſuppliciter precare votis.
Huic ſoli eſt operi locus dicatus:
Illud te monitum prius volebam.

DE HORTO.

AD hortum accedo, qui non ſolum ſuavitate odorum, quos flores ex ſe ſpirãt, ſed guſtatu fructuum, aſpectu pergularum, vitium, topiarii, herbarum, arborumque in quincunces poſitarum, ludẽtium piſcium, cycnorum, cantuq; avium, neminem non allicit & tenet. In quinque præcipue diſcernitur partes, pomariũ, topiarium, pergulas, alvearium, & olitorium. Varii generis herbas, quæ in Germania tempore Taciti non fuerũt, exhibet, ut ficum, amygdalas, laurum, crocum, juniperos, caſtaneas, oleas, rhabarbarũ, glycyrrhizam, aliaſque Cimbrico frigori aſſuefactas, quas omnes nimis longum enarrare foret. Rariores tamen, quæ mihi in mentem veniunt, nequeo quin recitem, elementorum ſecutus ordinem. Abrotonum mas & femina, Aquilina, Angelica coſti vires ſupplens, Aron; Biſtorta, quæ *Limonium* eſt, ut quidam volũt, Bellidis variæ ſpe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

cies, bugloſſa; Caltha, calendulam vocãt, caryophylli flores, carduus Mariæ, crocus verus, colutea, à ſolo Theophraſto deſcripta, quam hîc perperam Senam Arabum faciunt, cucumeres, cucurbitæ, chamæmelon; Helenium, hemionitis, helleborus; Intybum, iris; Lilia, Lybiſticum, lichnis coronaria, leucoja; Mẽtæ corymbiferæ, Melanthion Pimpinellæ genus acetariis expetitum, *Sanguiſorbam* hîc dicunt; Pæonia femina, phyllis, pulegium; Roſarũ multæ ſpecies, roſmarinus; Sampſuchus, ſcholymus eſculentus, pſeudonardi duæ ſpecies ſylveſtres, ſtaphilini tres, ſatureja, thymus, violæ. Omitto apium, rutam, hyſopum, lactucas ſeſſiles, malvam, raphanum, napos, & olerum genera plurima. Herbarum autem, quas recenſuimus, multæ in formas deſcriptæ, modo Henrici Ranzovii, ejuſque conjugis nomina dicunt, modo in animalium, modo in eorum Labyrinthorum, qui acu pingi conſuevêre, formas effigiantur, multæ in pulvinos ordinatim diſponuntur. Uva autem criſpa & *Ribes* vulgo appellata (quarum hãc *levem*, illam *aſperum Ceanothon* veterum Geſnerus interpretatur) areolas in ſepis modum cingunt eleganter: lætiſſimis vitibus pergulæ coloratæ opacantur, topiato opere utrinque & veluti in teſtudinatam porticum jugantur, ubi non ſecus ac in nemore umbroſo ſedeas, obambules, cœnites, & projectilibus æreis pilulis ſeu orbiculis in menſa oblongiori ludas, & colluſoris orbiculos metam præoccupantes detrudas

vel

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

vel præeas, quinetjam ſolſtitium atque ardorem Seirii, imbremq́; capiti defendas. Præterea ſuper pergulas ædicula turrita ſcandulis tecta ſurgit, per feneſtras in dietam capreoli ſerpunt, pampiniq; eam inumbrant. Variæ itidem ex marmore ſtatuæ horto ſunt conſtitutæ, tanquam cuſtodes, diverſis carminibus illuſtratæ, ex quibus prior eſt Vertumni, Amaltheæ cornu ferentis, cum verſibus his lapidi inciſis:

Pomiferum quicũq; venis novus hoſpes in hortũ
Ne mea miratus, quæ ſit imago, roga.
Eſt mihi Vertumno nomẽ, quia vertor in omnes,
Quas animus formas geſtit habere meus.
Nunc habitu meſſor, nunc ſum robuſtus arator,
Nunc manibus jures gramina ſecta meis.
Nunc frondes poterunt credi, vitiſve putata,
Mollia nunc ramis poma revulſa ſuis.
Quæ lubet, hãc ſumo faciem, res nulla repugnat,
Quælibet in vultus apta figura meos.
Hinc eſt primitias anni quod grata vetuſtas,
Inque meas aras lactea dona dabat.
Seu patulis ſurgens ramis produceret arbor,
Seu variis cingens floribus herba caput.
Nunc adeo, toto quæcunque leguntur in horto,
In manibus ſpectas munera prima meis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Poma,nuces,uvas,pyra,pruna,cydonia,mora,
Quæque nimis longum cuncta referre foret.
Si lubet e multis aliquid, quodcunque lubebit,
Accipe,larga manus nil tibi noſtra negat.
Hoc ſaltem oro unum, pleno ſi ventre recedes,
Dicas, Vertumni munere vado ſatur.

NYMPHA VENATRIX HORTI & piſcinæ cuſtos.

Hujus Nympha loci, parvi cuſtodia ſtagni,
Dormio,dum ſtando feſſa reclino caput.
Parce meum,quiſquis venis huc, abrumpere ſo-
Seu tibi ſtare lubet,ſive ſedere,tace. (mnum,
Me meus Henricus dominus cognomine Ran-
Excubias horto juſsit habere ſuo. zow,
Si ſtrepitum facis, & ſomnum mihi rumpis, in
Furem,clamabo protinus, eſſe meo. (horto

PRIAPUS.

Ut reor,indignum nemo ſcelus eſſe putabit,
Quod volui pulcræ virginis eſſe comes.
At mihi ne junctam thalamo quis credito: non
Non adeo ſordet libera vita mihi. (eſt:

Stulta

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Stulta meum rapit officium, ſeque ingerit ultro,
Atque meo cuſtos vult vigil eſſe loco.
Stultus ego contra ſervo vigilantior illam,
Et pariter mentem paſco oculoſque meos.
Victa jacet ſomno, tu ſis quicunque, caveto
Rumpere, ſoli hoc eſt fas licitumq; mihi.
Si non obſequeris, fuſtem falcemque recurvam,
Non fruſtra ſumptos experiêre mihi.

DE APIARIO.

EXamen illud, ex quo ceteræ apes jam ſexaginta annos omnino ſunt propagatæ, domi arcis in candelabro æreo, è lacunari catenis demiſſo, prius reſedit, cũctis novitate rei ſuſpenſis, & ſummopere admirantibus. Poſtea H. R. V. R. ſingulare apiarium, idq; ſphæriſterio arboribus & vitibus pulcerrime virẽtibus opaco vicinum, conſtruxit, ad quod lapis eſt erectus, phaleciis ejuſmodi in eo ſcriptis.

Quam ſpectas apibus domus dicata eſt
Ex magna ratione. Nam propinqua
Quondam examen apum reſedit arce
Huc latos procul advolans per agros,
Cum vix undique jam parata ſtaret:
Quod fauſtum ratus omen eſſe, parvam
Hanc illis Dominus domum locavit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Et ne dejiciant jubet nepotes,
Neu quiſquam moveat loco precatur.

DE SEMINARIO ARBORUM.

Seminarium arborum hac inſcriptione cippo inciſa conſtat.

An. Chr. 1580. *Anno Domini 1580. H. R. has, quas vides, quercus ordine plantavit, abietes conſevit, betulas in vallo diſtribuit, ceteraſq; arbores in hoc ſeminarium aliunde tranſlatas, & ſatas coluit, foſſaque munivit, ac initium ſationis adſcribi juſsit, eam ob cauſſam, ut harum arborum ætatem explorare poſsit poſteritas, quam in omnia orbis ſæcula æternæ divinitati commendat.*

In idem.

Has ego conſevi quercus, betulaſque patenti
In campo, propria diſpoſuique manu.
Et rogo ne temere violet lædatve ſecuri,
Poſt mea qui tandem fata ſuperſtes erit.
Scilicet ex illis, quot quercus duret in annos,
Poſteritas facile diſcere ſera poteſt.

IN porticu arcis ſæpius nominatæ, luculentæ aliquot imagines, magni nominis heroum inibi depictorũ,

geſta

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

geſta Epigrammate venuſto ipſæ decantantes, late rutilant, quibus in fine ſequentes duo his verſiculis, quos ob elegantiam aſſcripſimus, ſunt additi.

JOANNES, PISCATOR RANZOVII de ſe ipſo.

Quod me pictoris, magnis heroibus una
Docta manus junxit, non ratione caret:
Hi velut in terris quærunt diſtantibus hoſtes,
In fluviis hoſtes ſic ego quæro meos.
Et capio inſidiis & aperto Marte trucido,
Invigilans ſtudio nocte dieque meo.
Si quis erit noſtras penitus cognoſcere laudes
Qui cupit, has unum diſtichon illud habet.
Squamigeros undis reti velut extraho piſces,
Pocula ſic pleno gutture ſicco libens.

ALIUD.

Tres cubitos vix dat ſtatura, tricongius hauſtus
Eſt meus: hac ſola dux ego rexque via.
Magna illi magni fecêre; ego magna puſillus:
Illi pugnantes ſæpe, ego ſæpe bibens.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

JOANNISCUS, MORIO RANZOVII DE ſe ipſo.

Quis prohibet, ſi me viventem ſemper amavit,
Nunc domino hoc junctum me quoq; ſtare loco?
Stat quoque piſcator: ſtomachum ſi piſcibus ille,
Jucundis animum pavi ego ſæpe jocis.
Morio non vulgaris eram, juveneſq; ſeneſque
Luxerunt raptum funere, luxit herus.
Illi mordaces poteram depellere curas,
Ridentemque jocis exhilarare meis.
Aut illos imitare, juvat ſi perdere vitam,
Aut me, ſi cordi eſt vivere dulce tibi.

ALIUD.

Quid mirare duces miſer, ardeſciſque tuendo?
Neſcis quale tegat ſplendida vita malum.
Lerna periclorum, & certi ſentina laboris,
Prudentum vita eſt: ſtultus at hiſce caret.
Ergo age ſtultitiam ſimula, ſic nulla ſubibis
Munia, donantur pectora ſtulta rude.
Ut fugeret longi maleſana negotia belli
Siſyphides, littus fertur araſſe maris.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Aut flue delitiis, & duc inglorius ævum,
Aut mercare gravi, grande, labore, decus.
Ingredior quodcunque velis iter, unus utrique “
Finis, mors fatuum cum ſapiente rapit. “
Vivere non tibi vis, alieno ut tempore vivas?
Quid num poſt ut edas, ante famem moreris?
Ah nimio fallax emitur, me judice, nomen,
Vive tibi, nimium nec ſape, tutus eris. “
Vive tibi, nec te crucia, neque craſtina cura, “
Hoc ego prudentes admoneo fatuus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

DE PONTE RAN-ZOVIANO.

Meridies.

Or-tus.



Oc-ca-ſus.

Septentrio.

NON ita remote à Bredenberga fluvius Trajectus fratrum, vulgo der Bruder Fort nuncupatus, Storæ ſe aquis conſociat: ſupra hunc, lapideum pontem ultra centum pedes longum, candido ex ſaxo H. R. itine-

rantium

rantium commoditatibus conſtravit. Prope hunc põtem duobus cippis inciſæ ſunt ſequentes inſcriptiones & verſus.

Henricus Ranzovius, Joannis filius, Regis Daniæ in Ducatibus ſuis locum tenens, dominus in Bredenberg, Ranzovisholm, &c. Anno ætatis LX. & Chriſtina ab Hallen, Franciſci ab Hallen unica filia, ejus uxor, Anno ætatis LI. Anno Domini M.D.LXXXV. hunc pontem conſtrui curârunt.

Pons ſpectatori.

Henricus celebri Ranzoio ſanguine natus,
Me pontem curvo fornice ſtruxit eques.
Poßit ut hac pedibus ſiccis tranſire viator,
Quælibet & currus res gravis axe vehi.
Ligneus ante fui, ſaxum jam verſus in album, An. Chr. 1585.
Res hominum varias teſtor habere vices.
Trajectus fratrum, qui ſubterlabitur amnis,
Dicitur, hinc formæ pendet origo novæ.
Namque meo domino natos, par nobile fratrum,
Cum juvenes eſſent, abſtulit atra dies.
Hic Theodorus erat vocitatus, at ille Joannes
Indolis eximiæ, charus uterque patri.
Me dominus voluit niveam quoq; ſumere for-
Amnis fraterni, qui tego rite vadum. (mam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

ALIUD.

Stat ſua cuiq; dies, natos ante ora parentum
Nunc cadere, & patres nunc tumulare vides.
Labitur omnis homo, labuntur flumina curſu
Diverſo, & ſemper ſunt mala mixta bonis.

II.
DE DRACOBURGO AULA.

NOn quod ædificiorum magnificentia ſequētes aulas & arces Dracoburgum antecellat, ſecūdum hoc in ordine locum obtinet, ſed quod illam ampliſſimus & nobiliſſimus vir Henricus Ranzovius, cum conjuge Chriſtina, Franciſci ab Hallen filia unica, è tranſactione cum Comitibus Hojenſibus, quorū in Comitatu ſita eſt, prius quam reliquas omnes, acceperit, teſtante ſequenti Epigrammate:

Non hunc, quod præſtet Dracoburgum quaſlibet (aulas,
Codice præſenti poſsidet inde locum:
Sed quod, præ reliquis, primū Ranzovius illam
Nactus poſt ſoceri fata ſuprema pii.
Et Comites contra Hojenſes defenderit, eſſe
Omnino feudum qui voluêre ſuum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

III.

DE RINTELEMIO AULA.

AVla Rintelem, ut & pręcedens Dracoburgum, poſt ſoceri Franciſci ab Hallen obitum, hereditario jure ad H. R. regium in Ducatibus gubernatorem itidem devoluta eſt, ſitaq; in oppido Rintelem ad Viſurgim, à quo denominationem ſortita eſt, quod ipſa prædicat his verſiculis:

Rintlemium oppiduli Rintlem I a nomine dicor, An. Chr.
Quod ſtringis gelida, belle Viſurgis, aqua. 1558.
Ante fui ſedes Hallæo ſtemmate nati,
Nunc me Ranzovius, vir generoſus, habet.
Fama cujus ego, per Schowenburgica rura
Et volo cunctorum, clara, per ora virûm.
Utque etjam domibus poſsim clara eſſe ſuperbis,
Ejuſdem domini cura erit illa mei.

Lindebergius.

IV.

DE PRÆDIO WEL-LINGSBUTTEL.

REverendiſſimo Bremenſium Epiſcopo Henrico, & toto Hamburgenſiũ capitulo ſuffragantibus, idem

Ranzovius Vicarius Regius, prædium hoc, quod miliare Hamburgo abeſt & fluvio Alſtrię conterminum, juſto emptionis titulo adeptum poſſidet.

Hamburgæ diſtat non longe a finibus urbis
Wellingsbuttellum: vocis origo latet.
An. Chri. 1563. *Hoc mihi Bremēſis conſenſu Præſulis emtū eſt,*
Qui dux Saxonico ſtemmate natus erat.
Ordine Canonico in totum firmante, probanteq́,
Qui voluit pactum Præſulis eſſe ratum.
Det Deus ut longe poſſim feliciter uti,
Et mea poſt obitum pignora cara meum.

Caſparus Fabricius.

V.

DE PRÆDIO Hattſtedio.

An. Chri. 1565. DEvictis, olim invictis, à sereniſſimo Danorum Rege Friderico II. & Adolpho Holſatiæ duce, Dithmarſis, hoc prædium H. R. Regius Ducatuum adminiſtrator & loci tenens coëmit, & poſtquam vallo circumdedit, egregieque apparavit, ab eodem Rege juriſdictionem minorem & majorē, id eſt capitis, quemadmodum Comites ac Barones in Germania, & tota

nobili-

nobilitas Cimbrica & Danica ſuis poſſeſſionibus cum tali libertate fruuntur, obtinuit.

Gens pagana habitat, cœnoſis tuta lacunis,
Holſaticas juxta, Daniacaſque plagas.
A priſcis retinens nomen memorabile Marſis,
Quos nunc Dithmarſos patria terra vocat:
Hîc mihi Ranzovio Hattſtediũ præpingue coë-
Cum ſilvis, pratis, fluminibuſque ſuis. (mi
Quod tandem cinxi vallo, pulcreque polivi,
Tempore ut hoc poſsit nobilis eſſe domus.

Lindebergius.

G

VI.

DE PRÆDIO TU-SCHENBECK.



SUffragio Franciſci utriusque, Ducum Saxoniæ inferioris, à Cancellario Marco Keller hoc quoq; prædium, nemoroſa ſilva abditum, foſſa lata circumdatum, opiduloque Gronow finitimum, & ab urbe Lubeca mille paſſus diſtans, precio non contemnendo H.R.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

H.R. Danorum Regis in Holſatia Legatus, ſibi, ſuisq; acquiſivit. An. Chri. 1563.


Ut natis aliquot, carisque nepotibus eſſent
Poſt mea, quas poſſent, fata, habitare, domus;
Hanc Tuſchenbecum conſenſu Principis emi,
Quem cultæ inferior Saxoniæ ora colit.
Sumptibus & parcens nullis, hac arce refeci
Cuncta decore gravi, cuncta nitore pari.
O utinam longe per ſecula longa feratur
Ranzovii prolis Ranzoviana domus!

Lindebergius.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

VII.

DE ARCE RAN-
ZOVISHOLMIA.



A Friderico II. Danorum Rege, arcem Ranzoviſ-holmiũ, forma quadrata nobilem, templo inſigni inſignem, ædificiis elegantiſſimis conſpicuam, areaq; & fonte ſplendido ſpecioſam, in Fionia provincia, non procul ab opido Odenſehe ſitam, Daniæ regiorum

in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

in Cimbrica Cherſoneſo Ducatuum Præſes H. R. titulo emptionis 55000. Joachimicorum ſibi comparavit, in quam poſſeſſoris exſtant verſiculi.

Fionia illuſtris pars eſt non infima regni,
Quod ſub ſe Danûm Rex Fridericus habet. An. Chri. 1568.
Arx iſtic præſtans ſeſe Ransholmia jactat,
Atque ſuum a noſtro nomine nomen habet.
Vendidit hanc mihi Ranzovio clemẽsq; potensq;
Rex Danus, procerum non renuente choro. An. Chri. 1567.
Ac id ſponte ſua, ne non ſit certa favoris,
Qua me dignatur proſequiturque, nota.
Si vero pretium mihi quo Ransholmia conſtat,
Noſcere revera, Lector amice, cupis:
Quinquagies, ter, bis, numerato mille daleros,
Sic pretii fiet cognita ſumma tibi.

Henningus Conradinus.

IIX.
DE CASTELLO WANDESBURGO.

WAndeſburgum, quod à D. Adamo Trazigero, Holſatię quondam Cancellario, regius hic Prorex H.R. mercatus eſt, & funditus exſtruxit, turri, foſſa, ſtagno, areaq; 40. pedes longa, 30. lata, inſigniter am-

plificavit, celeberrimum illud Holſatię emporiũ Hamburgum ſeſquimiliari attingit. In cujus tabulato, lapidi inciſa, hæc leguntur:



Henricus Ranzovius, Joannis equitis aurati filius, caſtellum hoc Wandeſburgum ſuis ſumptibus & impenſis funditus ædificari & exſtrui curavit, anno poſt partum Virginis 1568. *ut patriæ ſuæ ſibi cariſſimæ, decora & ornamenta augeret, & ſibimetipſi, uxoriq; & poſteris ſuis domum pulcram & ſeceſſum amœnum pararet.*

Quum

Quum Vandesburgi Henricus fundamina jecit, An. Chri. 1568.
Ranzoio clarus ſtemmate natus eques:
Bis quater & decies ſenis ſol addidit annis
Ter quina a cunis ſecula, Chriſte, tuis.
Tu quem terra tremit, rutilans cui militat æther,
Fortunes caſtrum, Ranzovidumque genus.

Henningus Conradinus.

IX.
DE PRÆDIO BUCKEN.


PRædium Bucken, diſtans Itzehoa & Bredenberga miliare unum, & Rendeſburgo quinque, H.R. Regius Vicarius, quem honoris cauſſa toties nomino, nõ ſine magnis expenſis ædificavit, neq; ſolum mola frumentaria, verum etjam ovili egregio, in quo annuatim ultra mille oves aluntur, auxit & ampliavit. An. Chri. 1575.

Quod ſum, quod reditu moletrinæ dives, ovilis
Fertile fœtura, cultibus uber agri,
Id, Prorex Ranzoe, tuum eſt, nec grata nepotum
Heredum dicent ſecula cana ſuum.
Tu vives generoſe heros, ac aurea tecum,
Quæ æternant nomen, plurima facta, tuum.

Joannes Fuſius.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

X.
DE MELBECA.



MElbecam Dithmarſiæ regioni fertiliſſimę & amœniſſimæ adjacentem, ſtagno inædificatam, muro quadratis lapidibus intrinſecus & extrinſecus partim diſtinctam, partim ædificiis variatam, & ponte ac area ex ſaxo vivo pulcre decoratam, arcis Segebergēſis Prę-fectus & regius Conſiliarius H. R. à patre adeptus eſt, &, uti reliquas omnes, ita reparavit, ut heredes quod in ea deſiderent non habeant. Ingredientem eam, tam

ſua,

ſua, quam uxoris ſedecim gentilitia inſignia lapidibus inciſa, & ſequentia excipiunt.

Henricus Ranzovius Joannis filius, prædium hoc paternum Melbecam ædibus his novis auctum atq; ita exornatum ſuis poſteris reliquit.

Cum tenuit Danaũ Fridericus ſceptra Secũdus, An. Chri.
Hæc domus Henrici eſt condita Ranzovii. 1576.
Pulcrum eſt, a patribus juſte bona parta tueri,
Heredi ut maneant inviolata ſuo. "
Si tamẽ hæc propria vigilans cumulaveris arte, "
Hoc equidem multo pulcrius eſſe reor. "

Henningus Conradinus.

IN hac ipſa arce, more Romano, cippum quendam, ſeu columnam, 30. fere pedum longam, & 4 latam, idem H. R. erexit, in qua præter horarum diſcrimina, quæ ab omnibus partibus una cum nomine auctoris cernuntur, hæc ſequentia inciſa ſunt.

Henricus Ranzovius, Joanni Ranzovio, Annæque Walſtorpiæ, parentibus benemeritis, nec non ſibi ac uxori ſuæ Chriſtinæ ab Hallen, filiisque ac filiabus, Franciſco, Breidoni, Friderico, Gerhardo, Theodorico, Cajo, Joanni: Magdalenæ, Catharinæ, Eliſabethæ, Oligardæ, Margaretæ, & horum poſteris poſuit, anno à principio mundi 5537. à diluvio inchoato 3481. à Chriſto nato 1576. Conſtruxit ſuis H.R. hoc monumentum, poſteritas exoptatiſſima, &

H

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

ut inviolatum maneat, rogat, æternæque te Trinitati commendat.

XI.
DE ARCE REdingſtorpiana.



PUlcerrimam hãc arcem Redingſtorpianam, ſtagno piſcifluo circundatam, & muro ex parte cinctam, à Geor-

Georgio Alefeldio, approbante Epiſcopo & Capitulo Lubecenſi, emptam, Holſatiæ Irenarches H.R. regiis conclavibus, atriis, andronibus, & gynæceis adeo ornavit & ordinavit, ut tā ſitus opportunitate, quā ſtructuræ magnificentia ſit admiranda. Huic ſequens votum præfixum aſpicitur.

Henricus Ranzovius hoc prædium à ſe emptum exſtruxit, ſuisque poſteris reliquit: quod ut diu poßideant, Deum trinum peccatur.

Arcem, quam cernis, murosq; & ſplendida tecta, An. Chri. 1577.
Tam belle amoto ſunt renovata ſitu.
Vix ut ſtructuræ reſtent veſtigia priſcæ,
Olim quam vobis ædificaſtis avi.
Cuncta ſuo Henricus Ranzovius ære polivit,
Ornatumque alium fecit habere novum.
Quo facto æternus poſt fata noviſsima vivet,
Non ſine laude ſolo, non ſine laude polo.

Lindebergius.

XII.

DE PRÆDIO OVENDORP.

EOdem anno, à Georgio Alefeldio, conſentiente ſimiliter Eberhardo ab Hollen, Lubecēſium Epiſco- An. Chri. 1577.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

po, H. R. Holſaticus Vicerex prædium Ovendorp emit, ſuumq; fecit, commoditate loci reliquis non inferius. Diſtat enim Lubeca miliare unum, Oetino tria, Travemunda dimidium.

Divite quod cenſu complebam rura, Georgi
Alfeldi, ad fines, ampla Lubeca, tuos,
Nunc poſt ex emto ſumptus Henrice quotannis,
Fruge mea, Prorex, ſublevo, Ranzo, tuos.


ALIUD.

Vendidit Alfeldus me ſponte Georgius, emit
Henricus claræ nobilitatis eques.
Scilicet Henricus Prorex, cognomine Ranzow,
Cui ſunt diverſis prædia multa locis.

DE

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

XIII.
DE CASTRO NUTSCHOW.



IDEM vir ſtrenuus & nobilis H.R. à Balthaſaro Penſen equite Holſato, hoc caſtrum monti impoſitum, fluvio circumfluum præſtinavit, funditus de novo ædificavit, pulcriſq; cubiculis, dormitoriis, & area lapidibus ſectis ſtrata ita exornavit, ut nũc demum inter nobilium ſedes primarias non immerito poſſit referri.

An.Chri. 1578. *Danica cum regeret Fridericus regna Secundus,*
Id patriæ magnum numen, & orbis honos;
Henrici eximiis Ranzoio ſtemmate nati
Sumptibus, arx præſens ædificata fuit.
O utinam vigeat multos illæſa per annos,
Salvaque cum domino ſtet maneatque ſuo!

Lindebergius.

XIIII.

DE PRÆDIO NUCHEL.

UT ſuperiorum fere omnium, ſic quoq; dominium hujus prædii, eleganti templo, quod frequentatione incolarum Wagriæ olim fuit celeberrimum, cōſpicui, idem vir nobilis & excelſus H. R. à gentilibus ſuis Ranzoviis, dominis de Bulcke, titulo emtionis ſibi acquiſivit.

An.Chri. 1581. *A conſanguineis, eſt quorum Bulckia ſedes,*
Emit & Henricus me ſibi Ranzovio.
Hîc peregrinorum concurſus tempore certo
Olim, qui ferrent huc ſua dona, fuit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

XV.
DE OPIDO GRONOW.



OPidulum GRONOW, haud ita procul à Lubeca Imperiali & civitate Hanſeatica, conſentientibus Saxoniæ inferioris Principibus illuſtriſſimis, ab heredibus Doctoris N. Falcken emptum, generoſus & clarus Heros H. R. numini divino hac inſcriptione nuncupavit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

An. Chri. 1585. *Deo optimo Max. honeſtæque hominum ſocietati conſervandæ, nec non ærumnoſæ pauperum inopiæ, & ſenectuti ſublevandæ, pium præſtituri officium, hoc opidulum atque Noſocomium ſuis impenſis exſtrui curârunt Henricus Ranzovius & Chriſtina ab Hallen, conjuges, domini & heredès in Bredenberg, Drakenburg, Rintelem, Wellingſbuttel, Hattſtedt, Tuſchenbeck, Ranzovisholm, Wandeſburg, Melbeck, Redingſtorp, Nutſchow, Gronow, & Erffradt.*

Olim pagus eram, nunc me Ranzovius heros
Immortale tuum, Cimbrias ora, decus,
Oppidulum fecit, non parvis ſumptibus, eſſem
Perfugiumque inopum, præſidiumq; ſenum.
Quo tanquam tuto poſſent ſe condere portu,
Et colere æternum cum pietate Deum.
Macte age vir ſumme, hoc laudabunt nobile factum
Et ſupra aſtra inopes, ſubter & aſtra ſenes.

Lindebergius.

In Noſocomion Gronovianum.

Me pius Henricus ſtruxit cognomine Ranzow,
Prorex, ac claræ nobilitatis eques.
Vt, quibus infirmo languent in corpore vires,
Aut quos morbi inſtar tarda ſenecta gravat,

Hîc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Hîc habeant gratis, vitæ quibus indiget uſus.
Eſt aliquid miſeris participare bona.

XVI.
DE PRÆDIO STELNOW.

SEſquimiliare diſtat à Bredenberga Ranzoviorũ arce munitiſſima prædium Stelnow, quod vir nobiliſſimus & doctiſſimus H. R. itidem, ſed à genero ſuo Balthaſaro ab Alefeldt, cum pacto retrovendendi emit, & famoſum adhuc eſt, pugna illa infauſta inter Sleſuigæ Ducem Woldemarum, Canuti Daniæ Regis fratrem, & Adolphum Holſatiæ Comitem, facta, qui non procul ab hoc prædio victus ad Hamburgenſes confugit, ut ſequentibus prædium ipſum de ſe teſtatur.

Stelnow loquitur.

Ranzovii gener Henrici me Balthaſar ante An. Chr. 1586.
Alfeldus tenuit, nunc ſocer ipſius habet.
Quatuor undecies a me Bredeberga remota
Eſt ſtadiis, propius Bramſtadiumq́; jacet.
Non procul hinc Comitem dux Woldemarus Adolphũ
Vicit, difficilem compulit inq́; fugam.
Sic humanarum nulla eſt conſtantia rerum,
"*Paßibus ambiguis Diva rotunda volat.*"

I. W.

XVII.
DE PRÆDIO ERFFRADT.

HVjus quoq; prædii dominium & poſſeſſionem, à Breidone fratris filio, ſuperiori anno 10000. daleris ex vetuſta & heroica Ranzoviorum familia natus, H. R. nactus & adeptus eſt.

An. Chri. 1590. *Vendidit Erffradum fratris mihi filius aulam,*
Quæ, quamvis vix ſit; poſsit ut eſſe, mea eſt.
Et merito; quoniam ſilvæ, vicinaque ſtagno
Eſt generoſa ſitu, & delicioſa loco.
" *Non placet in totum qui pallidus incubat auro,*
" *Congerit & varias undique, parcus, opes.*
" *Qui patriam validis & pulcris arcibus ornat,*
" *Dignus amore patrũ eſt, dignus honore ducũ.*

Lindebergius.

XVIII.
DE CASTRO RANZOW.

An. Chri. 1590. CAſtrum Ranzow emit Henricus Ranzovius pro filio ſuo Cajo ab Hanſio Ranzovio gentili ſuo, quinquaginta ſeptem millibus thalerorum: & quanquam nimis care emptum eſt, tamen id caſtrum, quod cum ſtirpe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

ſtirpe Ranzoviana commue nomen habet, & per aliquot centum annos à Ranzoviis inhabitatū fuit, extra familiam ſuam alienari noluit. ſecūdum Tiraquellum, qui inquit: *Quod homines nobiles, & in dignitate conſtituti anxii & admodum ſolliciti ſint, ne principalis eorum domus extra ſuam familiam alienetur.* Faxit Deus, ut tam ipſe quā ipſius liberi & nepotes, hac & reliquis omnibus ſupra recitatis arcibus diutiſſime utantur & fruantur.

Ranzovium caſtrum dictū de nomine Ranzow,
Incoluit gens hæc Ranzoviana diu.
Hoc extra ſtirpem Dominum divendere claram,
Noluit Henricus poſteritatis amans.
Propterea pretio multo nimis ipſemet emit,
Tradidit & gnato, motus amore, ſuo.
Omnipotens faxit, ſtirps ut RanZovia ſedes
Incolat has placide, poſſideatque diu.

ALIUD.

Et nunc Henricus caſtrum Ranzovius emit,
Quod ſtirpis claro nomine nomen habet!
Sic eſt, nam nuper Ranzovio id emit ab Hanſo,
Ut nato ferret commoda grata ſuo.
Cui nato? Cajo magnis id ſumptibus emit,
Qui patre filius eſt dignus, avoque nepos.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

At, mihi dic, quæſo, cur ſumptus fecerit iſtos?
Emptum nam juſto carius eſſe liquet.
Quod cõmune tenet caſtrum cum ſtemmate no-
Hoc alienari noluit ipſe ſuis. (men,
Tu fac ſumme Deus, pro voto ut ſede fruantur,
Hac, reliquisque pater, filius atq; nepos!

Georgius Wippermannus.

Caput II.

De Palatiis Ranzovianis.

PRæter arces nominatas, etjam in primariis Holſatiæ aliquot urbibus, idem Bredenbergæ dynaſtes Henricus Ranzovius, partim à ſe, partim à patre ædificatas, renovatas, domos poſſidet plurimas, quę ob magnificentiam & ſplendorem potius palatia, quam domus, appellari & dici merent.

I. Lubecæ.

An. Chri. 1540. LUbecæ, in iſto Wandaliæ emporio celeberrimo, D. Joannes Ranzovius eques auratus, Henrici pater, ante

ante annos 50. conſentiente Senatu ac populo univerſo, ob ſingularia ſibi ab illo præſtita officia palatium emit, cui tota civitas amplitudine vix ſimile habet. Aliquot enim diverſis diſtinctum eſt ædificiis, quorum nonnulla ſingulares habent inhabitatores, qui certo cõductionis pretio ea inhabitant. Hoc primum Henrico cum fratre, commune fuerat, nunc autem ab heredibus fraternis, ipſorum partem emptionis titulo ſibi comparavit, quod etjamnum hortis & ædificiis exornare non deſinit: intrinſecus his & ſimilibus penicillo eleganter pictis ſententiis conſpicua eſt.

Ariſtoteles.

Quatuor obſervare oportet patremfamilias circa pecunias Nam & quærere poſſe convenit, & quæſita tueri, alioqui nulla quærendi foret utilitas: eſſe præterea talem, ut & frui præſentibus, & ornari ſciat, & negotia ſic ſunt moderanda, ut omnium ſimul periculum non ſubeat.

Seneca.

Ita vivendum cum hominibus, tamquam Deus videat; ſic loquendum cum Deo, tamquam homines audiant.

Tiraquellus.

Homines nobiles & in dignitate conſtituti, ſunt anxii & admodum ſoliciti, ne principalis eorũ domus extra ſuam familiam alienetur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

II. Itzehoæ.

An. Chri. 1551. IN auguſto & nobili illo Holſatiæ opido, tam ſitu & loco, quam navigatione & negotiatione, quæ per Storam & Albim flumina exercetur, præſtātiſſimo, Itzehoa, egregiam olim Eques auratus & bellator eximius Joannes Ranzovius domum exſtruxit, quã Vulcani violentia conſumptam filius ejus Henricus duab. orcheſtris hac inſcriptione iterum ornavit & reſtituit.

H. R. domum hanc igne ferme peruſtam Anno Domini 1568. *reſtauravit.* Item; *Certior in cælo domus.*

III. Segebergæ.

An. Chr. 1559. DVas itidem domos perpulcras in opido Segebergenſi, quod antiquitate arcis ſummo montis faſtigio impoſitæ, jucundoque ſitu admodum celebre eſt, ejuſdem Capitaneus H. R. poſſidet, earum alteram ab Hamburgenſibus emit, alteram de novo condidit; in qua hæc leguntur.

Anno Domini 1559. *Divo Friderico II. Danorum Rege regnante, ſub ipſaq; devictione Dithmarienſium has ædes H. R. in ſui ipſius, ſuorumque heredes uſum exſtrui curavit.*

Item -- *Saxo longa ſenecta nocet.*

IV. Chilonii.

An. Chri. 1562. CHilonii quæ portu capaci lauta, piſcatu ubere delitioſa, annuis nobilium Comitiis & Vertumnalibus

clara

clara urbs eſt, & ad maris Balthici iſthmum ſita, idem H.R non ſine immenſis ſumptibus & impenſis, baſilicas duas ædificavit, quarũ uni, ſupra oſtium marmoreum literis argenteis, hæc inciſa ſunt.

Henricus Ranzovius fieri curavit, Anno Dom. 1562.

Item; -- *Virtus poſt funera durat.*

Alteri hæc inſculpta.

H.R. Vicarius regius ſibi ac ſuis hanc domũ conſtruxit, Anno Domini 1575.

Item; -- *Domini benedictio ditat.*

V. Flenſburgi.

IN urbe Flenſburgenſi, quæ terra & mari rebus gerendis, Crantzio teſte, admodum oportuno & ſaluberrimo loco, inter montes excelſos littori maris orientalis adjacentes, condita eſt, nõ minori ſumptu toties dictus heros palatium venuſtum exædificavit, cujus veſtibulo argenteis literis inſcriptum eſt: An. Chri. 1571.

Anno Domini 1571. *Henricus Ranzovius hanc domum, cum à tractatione pacis inter Daniæ ac Sueciæ reges inſtituta rediiſſet, fieri fecit.*

Item; -- *patria, & domus optima, cælum eſt.*

VI. Hannobrii.

IDem H. R. Hãnobrii poſſidet domum, in qua vectigalia perſolvuntur, quam uxoris ſuę majores à ducib. Brunſuicenſibus quõdam obtinuére, nunc aũt eadem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

certis cōditionibus, interventu recompenſationis, Duci Brunſuicenſi Henrico Julio Epiſcopo Halberſtadēſi rurſus reſignabitur ac cedetur.

VII. Mindæ.

CUm Franciſcus ab Hallen paſſus eſſet ab Epiſcopo & Canonicis Mindenſibus damnum in direptione arcis Radenſis, capto ejus filio, inter alia, quibus Henrico Ranzovio ſatisfecerunt, curiam canonicalem ipſi ac heredibus ſuis ad certum tempus aſſignârunt.

V. R. HENRICI RANZOVII epigramma de palatiis ſuis.

Non mihi, nobilium ſedes & prædia plura,
Conceſsit tantum dextera larga Dei:
Sed quoq; quæ magno conſtant pallatia ſumptu,
Sunt mihi diverſis ſat bene ſtructa locis.
Flensburgiſiquidem propriis penetralibus utor,
Res quoties illic eſt peragenda mihi.
Ædibus excipior propriis & in urbe Lubeca,
Vandaliæ certo quam liquet eſſe caput.
Sic quoque CHilonii duo ſe pulcerrima jactant
Atria, quæ ſumptu ſunt ibi ſtructa meo:
SEGbergæq; itidem, ac ITZohæ, flumine juncto,
Cujus fœcundat Stora paluſtris agros.

Nec

Necnon tu propriam mihi das HANnovera ſe-
Quæ nulli es nitidis ædibus ipſa minor. (dē,
Tuq; ô parva quidē, ſed clara venuſtaq; MIN-
Ad me quæ ſpectant tecta decora tenes. (da,
Sedquid? mundana hæc ſunt atria; at atria cœli
Omnibus his dictis ſunt potiora mihi.

Aliud Petri Lindebergii.

Quis dicēdus is eſt, qui nō ſolum arcibus amplis
Exornat patrii pinguia rura ſoli;
Sed quoque vicinas generoſis ædibus urbes,
Structurisque facit luxuriare novis?
Nonne bonus civis, non verus nobilis? immo
Nobilis & verus, civis itemque bonus.
Sed minimum hoc: quis tum? patriæ totius aſy-
Ornamentum urbis, nobilitatis apex. (lum,
Et prorſus talis, qui claro nomine dignus
Et non ante ſua, aut poſt ſua fata mori.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Caput III.

De Libris Ranzovianis.

QVam belle intelligat, doctrina & virtute nobiliſſimus vir, H. R. veram & genuinam nobilitatem, non in majorum titulis, imaginibus aut gazis conſiſtere, ſed in doctrina erudita, ſapientia & virtute parta, juxta Poëtam, dicentem:

Et genus & proavos, & quæ non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra puto. --

inde colligere licet, quod Martem cum Arte, Bellonam cum Pallade conjungat, Bibliothecam generoſam exſtruat, manuſcriptos & huc uſque non impreſſos libros producat, ipſeq; Marte ſuo plures conſcribat, & in vulgus (quod alii ſui ordinis homines, quibus Larvatus ille quam Laureatus carior eſt Deus, ſibi ſummo dedecori putant) doctorum omnium applauſu edat & emittat. Qui omnes, ob tanti herois induſtriam & admirationem, ordine à nobis recitabuntur.

An. Chri. 1569. I. Edidit H. R. nomine proprio ſuppreſſo & C. Cilicii Cimbri ſubſtituto, belli Dithmarſici deſcriptionem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

nem, & Cherſoneſi Cimbricæ accuratam delineationem.

II. Idem edidit in publicum Speculum Aſtrologicum, Argentorati prius divulgatum. An. Chri. 1576.

III. Idem in publicum emiſit libellum De conſervãda bona valetudine Latine & Germanice redditum, Antwerpiæ, Coloniæ, Lipſiæ, Francofurti, & paſſim alibi excuſum.

IV. Idem tractatum elegantiſſimum de annis Climactericis & Imperiorum periodis, Coloniæ, Lipſię, & Antwerpiæ impreſſum foras dedit. Ex cujus concluſione videre licet, quam fuerit vates veriſſimus de 1588. & 1589. pręterlapſis annis, ubi maximos motus & fatalem quandam mutationem non uni & alteri regioni, ſed toti Europæ impendere admonuit. Quis eſt qui neſcit illas in Gallia & Polonia cum regnis eorumque Regibus mutationes, harumq; & aliarum nationum, ut Germanorum diverſis in locis pugnas & dimicationes, illas Hiſpaniæ & Angliæ Regum in mare expeditiones, claſſiumq́; everſiones, illas in inferiori Germania urbium direptiones, ac Ducum ab utraque parte interfectiones, nec non Friderici II. Regis Daniæ præmaturum ac inopinatum obitum, & jam Turcarum, Perſarum & Polonorum, Moſchorum, item & Suecorum apparatus bellicos & mutuos conflictus, ſubditorumq́; oppreſſiones? neminẽ, ut puto, hęc latent. Deus à noſtris laribus omne malum avertat! 1580.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

An. Chri. 1581. V. Idem Hiſtoricum quendam Epigrammatum librum, continentem Heroum aliquot encomia, ſuperioribus & noſtro ſeculo virtute bellica maxime illuſtrium, Plantinianis, ac proinde elegātiſſimis typis repræſentatum, divulgavit.

1585. VI. Idem Horoſcographiam, fabricam cardinum cæleſtium continentem, Argentorati primum publicavit.

1587. VII. Idem Genealogiam Ranzovianam, diverſis locis, formis & modis, Hamburgi, Lipſiæ, Sleſuigæ, Helmſtadii & Coloniæ, additis figuris æneis & ligneis, prælo ſubjectam emiſit.

1588. VIII. Idem Regis Danorum funebris pompæ, & pyramidis ſuę deſcriptionem, Roſtochii, Lipſiæ, Hamburgi, excudi curavit.

1589. IX. Idem cupro incidi fecit ab Hogenbergio res geſtas Friderici II. Daniæ Regis, quibus adjuncti ſunt verſus, tabulas illas & in iis res pictas explicantes.

1590. X. Idem Calendarium Ranzovianum, dierum & noctium quantitatem continens in papyro Regali, ut vocant, typis pulcerrimis Hamburgi exprimi curavit.

1590. XI. Idem ſub prælum dedit Genealogias aliquot familiarum nobilium in Saxonia, quibus acceſſerunt inſignia nobilium Holſatorum, cum deſcriptione Pyramidis & Obeliſci Segebergenſis: opus tam lectu, quā aſpectu jucundiſſimum.

XII. Idē Hiſtorias Holſatiæ, Dithmarſiæ, Wagriæ

ac

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

ac Stormariæ, nec non civitatũ Lubecenſium & Hamburgenſium conſcripſit, quæ poſt mortem ejus divulgabuntur.

XIII. Idem brevi Centurias aliquot epiſtolarum, à Regibus in Europa, Ducibus in Germania, viriſq; illuſtribus & clariſſimis ad ſe ſcriptarum, evulgabit, quibus deinde addet volumẽ quoddam ſingulare Poëmatum & Epigrammatum ſuorum, cum nonnullis aliis.

XIV. Conſcribi etjam curavit 4. volumina nativitatum, in quorum primo ſunt duo tractatus.

Primus Mundi, Cæli, civitatum & quorũdam opidorum figuras cæleſtes & earũ eventus continet. Tractatus II. ſummorum Pontificum, Cardinalũ & quorundam Epiſcoporum themata exhibet.

In ſecundo volumine eſt tractatus III. qui Imperatorum, principum, ducum, &c. themata atq; decreta complectitur.

In tertio volumine ſunt duo tractatus, nempe quartus & quintus, quorum IIII. equitum, nobilium ac aliorum virorum inſignium themata cæleſtia continet. Quintus vero tractatus, doctorum virorum, utpote quorundam Theologorum, Philoſophorum, Poëtarum, Oratorum, Muſicorum, Pictorũ, Sculptorum, aliorumque artificum inſignium figuras cæleſtes exhibet.

In 4. volumine ſunt III. tractatus, nempe VI. VII. & VIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Sextus eſt de biothanatis, id eſt, violenta morte peremptis.

Septimus eſt de mutilitatem ſive vicium in aliquo membro corporis habentibus.

Tractatus octavus eſt de natis cito & mortuis: Itē de gemellis & hermaphroditis.

Sub ſingulorum autem nativitatibus fere adſcripti ſunt eventus, res geſtæ, dies ac anni obitus, ut cum his prædictio, quæ ex thematum inſpectione pendet, conferri queat.

XV. In publicum etjam emiſit Epitaphia in obitum patris, matris, fratris & ſororis, nec non liberorum ſuorum, tum ab ipſo, tum ab aliis conſcripta, Lipſiæ.

XVI. Idem conſcripſit rerum cæleſtium ac elemē torum brevem & dilucidam explicationem, nec non ſignorum, Planetarū, eorundemq; virium luculentam deſcriptionem, in qua doctrina de corporū cæleſtium motibus, proprietatibus, atque effectibus traditur. His acceſſerunt, & inſertæ aliquibus in locis ſunt etjam figuræ ac tabulæ ad ejuſmodi doctrinam exornandam neceſſariæ, quod opus adhuc in Bibliotheca ſua Bredenbergenſi aſſervatur.

XVII. Prodibit itē brevi ex hac bibliotheca Regni Daniæ ſtatus præſentis expoſitio, cum Chorographia Daniæ: nec non Holſatiæ, & ad hanc pertinentium ducatuum ſingularis deſcriptio, ab ipſo collecta.

XIIX. Idem imprimi curabit monumenta aliquot

Daniæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Daniæ Regum & Comitũ Holſatię, cupro exſculpta, cum ſuccinctis eorundem rebus geſtis.

XIX. Idem jam ſenex publicabit libellum quẽdam de proroganda viridi ſenectute, cum juvenis ediderit libellum de conſervanda bona valetudine.

XX. Idem in publicum emiſit Elegiam de ſomniis, An. Chri. 1592.
eorumque eventibus admodum longam, cui nõnulla Epitaphia & Ranzovianorum monumẽtorum inſcriptiones ſunt additæ.

XXI. Idem ſub prælum dedit Epiſtolam Davidis 1591.
Chytręi de obitu Caii filii ſui viriliter tolerando conſolatoriam cum ſua Reſponſoria, & diverſis diverſorum auctorum Epitaphiis, Hamburgi, Magdeburgi, & Lipſiæ impreſſam.

XXII. Idem prælo commiſit Epiſtolas quaſdam alias conſolatorias ad ſe à variis Principibus & doctiſſimis viris perſcriptas.

XXIII. Idem edidit Enchiridion bellicum, libris quinque diſtinctum, Præcepta, Conſilia & Strategemata pugnæ terreſtris ac navalis complectens, omnib. terrà & mari militantibus apprime utile & neceſſariũ, ex variis variorum auctorum operibus collectum, & ſereniſſ. ac potentiſſimo Danorum Regi, Dom. Chriſtiano IV. dedicatum, conſecratum.

Sunt etjam ejus inſtinctu ac ſumptibus editi libri ſequentes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

An. Chri. 1568. 1. Deſcriptio arcis Bredenbergenſis, dicata ipſi à M. Georgio Cruſio.

1580. 1583. 2. Nicolai Reimari Vrſi Grammatica & Geodæſia Ranzoviana, itidem ipſi dedicata.

1587. 3. Methodus deſcribendi regiones, urbes & arces, & quid ſingulis locis præcipue in peregrinationibus homines nobiles ac docti animadvertere & obſervare debeant: ab Alberto Mejero Strantphryſio Pilworméſi, edita Lipſiæ, Helmſtadii & Hamburgi.

1588. 4. A Michaële Boiëmo Gymnaſiarcha Torgenſi editus commentarius de ſomniis, eorumq; eventibus, quibus in fine addita eſt, Henrici Ranzovii Ecloga de ſomniis.

1590. 5. A Doctore Thoma Finckio Horoſcopographia, ſive de ſitu ſtellarum inveniendo Aſtrologia, cum diario ſolis Ranzoviano, ad Henricum Ranzovium Vicarium Regium.

1590. & 91. 6. A Petro Lindebergio Hypotypoſis Arcium, Palatiorum, Librorum, Pyramidum, Obeliſcorum, Cipporum, Molarum, Fontium, Monumentorum & Epitaphiorum, ab Henrico Ranzovio Prorege & Equite Holſato conditorum, cum nonnullis eorum ectypis ligneis, & in fine additis Epigrammatibus, in publicũ & Roſtochii & Hamburgi edita eſt.

1591. 7. Ab eodem Lindebergio Commentarii rerum memorabiliũ in Europa ab anno octuageſimo ſexto, vſque ad nonageſimum primum geſtarum, quibus

ſummo-

ſummorum virorum Joannis Regiomontani, Joannis Stœfleri, Henrici Ranzovii, & multorum aliorum de anno potiſſimum mirabili prædictiones corroborãtur & confirmantur.

8. Ab eodem Lindebergio, De pręcipuorum tam in ſacris, quam Ethnicis ſcriptis numerorum nobilitate, myſterio & eminentia liber unus, nuper in Bibliotheca Ranzoviana inventus, auctus, & ab interitu vindicatus, auſpicio & expenſis illuſtris viri Henrici Ranzovii, qui non pauca ipſe adjecit exempla.

A diverſis etjam viris doctis, ut à Joachimo Camerario, Davide Chytręo, Juſto Lipſio, Jano Douza, Jano Grutero, Reinero Reineccio, Nicolao Reuſnero, Paulo Meliſſo, Conrado Daſypodio, Joanne Polito, Petro Albino, Joanne Lauterbachio, Michaele Neandro, & aliis, varii generis opuſcula ipſi ſunt dicata, quorum nomina & titulos enumerare ſupervacaneum eſſe arbitror.

EX BIBLIOTHECA AUTEM SUA Bredenbergenſi, libri qui revixêre, hi ſunt.

EXiit ex hac in lucem I. ſcriptum Evacis Regis Ara- An. Chri.
bum De gẽmis, Lubecæ & Lipſiæ prælo commiſ- 1585.
ſum.

II. Pauli Alexandrini Græce & Latine verſa in do- 1586.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

ctrinam de prædictis natalitiis rudimenta, ante hac nũquam viſa.

1588. III. Ex hac ipſa Reinerus Reineccius, Alberti Abbatis Stadenſis Chronicon olim incognitum depromſit.

1590. IV. Ex hac ipſa quoq; hoc præſenti anno idem Ranzovius libros Macri Medici, duos multo emendatiores, & Speculum medicorum, antea non editum, protulit, quæ Hamburgi & Lipſiæ excuſa exſtant. Faxit Deus, ut plures poſthac in gratiam ſtudioſorum producat, & diutiſſime feliciter vivat.

IN HENRICI RANZOVII libellum de conſervanda bona valetudine.

Non ſolum, Henricus vir factis clarus, & ortu
Ranzovius, præſens hoc ſibi ſcripſit opus;
Vt natis poſſet prælustre relinquere nomen,
Quod certent meritis amplificare ſuis:
Sed quoque ſuccincto voluit præſcribere libro,
Incolumem vitam qua ratione parent.
Nam magis accendunt, animisq; tenacius hæret,
Quæ pater, aut ſenior juſſa relinquit avus.
Hunc in privatum quamvis congeſſerat uſum,
Non tamen, ut fiat publicus, ipſe vetat.

Nam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Nam cunctis, ubicunque poteſt, prodeſſe laborat,
Omnibus & præſtat commoda multa lubens.
Ergo illi ſeros, quos virtus rara meretur,
Et fauſtos optes, Lector amice, dies.
Atque hoc ſincero doctoque fruare libello,
Ut longe in terris ſanior eſſe queas,
Sollicitaque tuam cura defendere vitam,
Nec temere mortis præcipitare viam.

Chriſtophorus Kellingkhauſen, V.I. Doctor.

IN ACCURATISSIMAM CIMBRIcæ Cherſoneſi delineationem, ſtudio & ſumptu illuſtris viri H.R. editam.

Quantus erat, radio primus qui gentibus orbem
Pinxit, & ante oculos regna remota dedit?
Credibile eſt illum cura ingenioque vigentem
Publica privatis præpoſuiſſe bonis.
Et tamen hic tantus ſecli vertentis ab arte
Se victum & ſtudio dexteriore videt.
Qui neget, antiquos cum noſtri temporis orbes
Orbibus, ingenua conferat ille fide.
Et notet, ut priſcis præſtet peninſula formis
Cimbrica, Ranzovii cuſa recenter ope:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Qua licet Anglorum domicilia priſca meorum,
Et Jutas propria cernere ſedeſitos.
Nimirum ille, velut proavitæ ſtemmata ſtirpis,
Provocat antiquos arte fideque ſophos.
Deſine Roma, tuos toties jactare Quirites.
Major ab Arctoo cardine ſurgit honos.

Daniel Rogerſius Anglus, Auguſtiſſ.
Angliæ Reginæ, ad Fridericum II.
Regem Danorum, Legatus.

IN GENEALOGIAM RANZOVIANAM.

Ut Geneſin vidi, quam ramis arbor habebat
Ardua, diffuſas undique ſparſa comas:
Miratus genus ac atavos, Henrice, nepotum,
Ranzovi, magnum pullulat unde decus:
Prædia quinetjam, vicos miratus & arces,
Quæque ſacrata ſuis ſunt monumenta locis:
Perpetuam iccirco mea Muſa precata ſalutem
Arboreis ramis, talia verba dedit:
Virtus, quam decorat clarorum nomẽ avorum,
Inclita, non ulla eſt emoritura die.

Henricus Meibomius Acad.
Juliæ Profeſſor.

IN

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

IN CALENDARIUM ejuſdem.

Julius ut Cæſar vivus prænoſcere cælum,
Nec voluit ſuperas hoſpes inire domos:
Henricus ſic Ranzoæ laus inclita gentis
Ad ſuperos vivus jam ſibi munit iter.
Sidera dum, cælique vias obſervat, & annum,
Diſtinguit metis, limitibuſque ſuis.
Æreaque inſtrumenta poli tot format in uſus,
Queîs ſimile in veterum nil habuêre ſcholis.
Sis felix divine ſenex, & neſcius eſto
In vita vinci, poſt pia fata mori!

Nathan Chytræus Acad.
Roſt. Profeſſor.

IN CHRONICON ALBERTI Abbatis Stadenſis.

Hi, pius Albertus quos olim ſcripſerat Abbas,
Annales veteres delituêre diu.
Donec eos tandem mea Bibliotheca recenter
Protulit in lucem, lector amice, tibi.
Hos tamen expoliit, mira Reineccius arte
Et cultu, qualem non habuêre prius.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Ergo age Saxonicas qui res cognoſcere gaudes,
Hos lege, quos legit Crantzius ante, libros.

Henricus Ranzovius.

ALBERTVS ABBAS OLIM IN Stadio, Henrico Ranzovio Vicario regio

S. P. D.

Quam legis, ex illa tibi venit epiſtola valle,
Cui dedit Elyſii Græcia nomen agri.
Magne vir, exemplar morum, notiſsima cujus
Fama ſub hoc etjam cardine ſparſa viget.
Rumor it, & noſtrum ſermonibus occupat orbē,
Te nova defuncto dona parare mihi.
Quæque ſub obſcura latuit caligine preſſa,
In lucem hiſtoriam nunc revocare meam.
Lætus id agnovi, poſt tot quinquennia votis
Parte aliqua factum ſic ſatis eſſe meis.
Vivus adhuc ſuperisque olim regionibus hoſpes,
Tempora non ſomno deſidioſa dedi.
Lapſa ſed explicui cum geſtis tempora rebus,
Non levis exorſus laudis & artis opus.

Par

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Par eſſe ingenio poteram tam grandibus auſis,
Conditio nocuit temporis illa mihi.
Sunt tamē inventi, quos noſtra haurire juvaret,
Atque animum cartis applicuêre meis.
At fera barbaries cum clauſtra teneret, & illic
Doctrinæ facies nube ſepulta foret:
Cura fuit major quæſtus ærisque petendi,
Quam ſcriptis dociles velle juvare ſcholas.
Hæc nocuit fortuna mihi, neglectaque plane
Scripta tenebroſo deperiêre ſitu.
O quot idem fatum ſcriptoribus obtigit olim,
Quos inviſa pigri carceris umbra tegit!
Sæpe gemens dixi, quid profuit iſta notâſſe,
Quæ premet æterna nox inimica mora?
Quādo erit, ut vindex aliquis mea rurſus in au-
Proferat, & nitidæ lucis honore beet? (ras
Contigit hoc aliis pridem, quos ipſe ſecutus
Tempora conciſe noſtra legenda dedi.
Infelix ego ſum, fruſtraque emergere nitor:
Deſtituunt noſtram ventus & aura ratem.
Talibus ingemui verbis, nunc omnis ademptus
Eſt dolor, & curæ diſperiêre meæ.
Auſpice te, lucem video, cultoque decorus
Ornatu volito docta per ora virûm.

Dî tibi Ranzovi faveant, tua cælitus acta
Mitis inoffenſæ ſortis imago beet.
Te duce, ſcriptores in apertum ducere natus
Et medicas nævis applicuiſſe manus,
Squallorem abſterſit nobis Reineccius omnem,
Et tegimen veſtis fecit habere novæ.
Jamque comes aliis ſociatus obambulo, quotquot
Hiſtorias calamis explicuere ſuis.
Nunc mihi Saxonicæ recitat primordia gentis,
Atque parum notos fert Widekindus avos.
Aucupis atq; trium res geſtas narrat Othonum,
Dithmarus, veteri nobilitate ſatus.
Mox docet effrenes Sclavos Helmoldus avitos
Idoli cultus dedidiciſſe ſui.
Omnibus his reliqui gaudent aſſurgere manes,
Omnibus his candens tempora vitta tegit.
In me conijciunt oculos quoque, dicor & illis
Ingenio nomen promeruiſſe meo.
Sed tali quoniam laudem pietate mereris,
Non erit officii gratia ſurda tui.
Semper inoblita repetam tua munera mente,
Et fera me Lethe ſentiet eſſe tuum.
Tu mihi reſtituis vitam: tibi proroget annos,
Omnia qui nutu præſtat agitque ſuo.

Longior

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Longior afflictam ne laſſet epiſtola dextram,
Clauſaque ſit ſolito fine tabella, vale.

Henricus Meibomius Acad.
Juliæ Profeſſor.

In Macrum H. R. & ſpeculum Aſtrologicum.

Quis non Alciden novit, quis neſcit Achillem,
Nomina non ulla non memoranda die?
Ille polum cervice tulit, cum ſydera feſſus
Amphitryoniadæ ferre dediſſet Atlas.
Quid loquar amborũ geminata laude celebrem,
Illuſtri Henricum ſtemmate Ranzovium?
Quem juvat immenſo ſpaciantem vivere cælo,
Et ſtellas oculis dinumerare ſuis.
Quiq; Machaonia caput extulit inclitus arte,
Naturæ ſcrutans omniparentis opes.
Macte nova virtute heros: ſic additus aſtris
Cælifer eſt, ſemper vivit & Æacides.

Gregorius Berſmannus Acad.
Lipſenſ. Profeſſor.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

In eundem Macrum.

Cimbria, quid Latiū, aut veteres miraris Athe-
Cum tua ſit nulla gloria ſorte minor? *(nas,*
Mutāt cuncta vices, ſed & omnibus obvia terris
Naturæ ex parili tramite dona fluunt.
Quis Boreæ credat ſolem inſervire, Polumque
Ut coleret Pallas poſthabuiſſe Pharum?
Cernis, ut Arctoi celebris ſua lumina tractus
Porrigat, utque ſuum ſpargat in orbe jubar?
Inclite Ranzovi doctrina inſignis & armis,
Qui Daniæ rutilans ſidus in arce ſedes:
Non ego te priſcis poſtponam vatibus, olim
Quos Mæcenatis tempore Roma tulit:
Tu Themidis Phœbiq; decus, tua gloria ſumma
Jungere Romanis pallia Græca togis.
Sic veterum profer tenebris monumenta virorū,
Noſque juves ſcriptis, nec minus ipſe tuis.
Sic tua perpetuo, quamvis mors cætera tollat,
Nobilis ingenii fama perennis erit.

Joannes Politus I.C. & ſere-
niſs. Electoris Colonien-
ſis hiſtoricus.

ALIUD.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

ALIUD.

Si cupis herbarum certas cognoſcere vires,
Hæc lege quæ ſcripſit carmina docta Macer.
Eruit hæc latebris, Ranzoio ſanguine natus
Henricus, ſeræ poſteritatis amans.
Sumptibus & propriis deſcribi juſsit & edi,
In lucem, tenebris quæ latuere diu.

IN HENRICI RANZOVII LIbellum De hodierno Daniæ ſtatu.

Plusne tibi, in dubio eſt, Ranzoi, Dania laudis
Debeat, an vero, Saxo diſerte, tibi.
Daneidum primus ſcripſiſti, Saxo, tuorum
Bella patrata ſolo, bella peracta ſalo.
Daneidum primus ſcripſiſti, maxime Ranzo,
Oppida juncta ſalo, condita cuncta ſolo.
Præſentemque ſtatum regni, præſentia jura,
Præcipuas arces, frugiferumque ſitum
Immiſcens pariter lectu digniſsima multa,
Quæ non a quoquam ſcripta fuere prius.
Magnam, Saxo, tibi me judice Dania laudem
Majorem, Ranzo, debet at illa tibi:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Qui præſtas aliis, ut præſtat ſidere ſidus
Argentum plumbo, Pleiade clara Venus.
Macte tuis ſcriptis, ſic æternabis honorem,
Sic Dani & Cimbri ſemper in ore ferent:
Nemo Ranzovidum natus de ſtemmate major
Henrico fuit, & nemo futurus erit.

Lindebergius.

EPIGRAMMA IN LIBELLUM Henrici Ranzovii, de hodierno Holſatiæ ſtatu.

Si bene de patria meritos, Roma inclita quōdam
Totius patriæ dixerit eſſe patres:
Quem te, Ranzovi, bellatrix Cimbria dicet?
Undique tot factis quam celebrem eſſe facis.
Quam domibus bellis, quam cultis arcibus ornas
Auxilio fulcis, conſilioque juvas.
Inſuper hoc ipſo, extollis ſuper æthera, libro
Enumerans pulchri commoda pulchra ſitus:
Quotq; arces habeat, quot templa, quot opida &
Quo nunc utatur jure ſimulq; ſtatu. (urbes,
Per Dium fidium Ranzovi, Cimbria dicet
Non ſolum patrem te patriæ, ſed avum.

Perge

Perge modo, ut ſolitus, ſpretis ſuccurrere Muſis,
Et patriam ex omni parte juvare tuam:
Sic patria & Muſæ nūquam tua facta tacebunt,
Si vero taceant, ipſa loquetur humus.

Idem.

CAPUT IV.

DE PYRAMIDIBUS RANZOVIANIS.

DUo ſunt potiſſimum, quibus præclara hominum facta perpetuo celebrari, & ad poſteritatem tranſmitti poſſe creditum eſt, literarum nimirum monumenta, eruditi ingenii ſtudio elaborata, & opera ſolerti artificum manu effecta. Utroque præſtat ille totius Cimbricæ nobilitatis apex, illud totius Holſatiæ lumē & numen, Hēricus Ranzovius, vir omni doctrinarum genere, & natalium ſplendore nobiliſſimus ac prętantiſſimus, qui tam libris à ſe conſcriptis, quam magnificis ſtructuris & Pyramidibus, Danorum inclitos Reges, ſeque ſuamq; omnem familiam, per totum orbem terrarum alias claram, clariorem reddit, & immortali-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

tati conſecrat. De libris antea dictum eſt, reſtant Pyramides, quarum cōſtruxit duas, admodum pulcras, admodum lepidas: unam prope Segebergam opidulum, alteram apud pagum Nordoe, non procul à civitate Itzehoenſi, forma quadratam, & in apice cacuminatam, ex albo Buceburgenſi lapide, ſupra montem conſpicuum, in quo Nymphas habitaſſe Vetuſtas credidit, & conſtans rumor eſt: cujus poſterioris typus ac inſcriptio ſequitur.

Conſtruxit tribus ex ordine Danorum Regibus, ſibi ac ſuis Henricus Ranzovius hoc monumentum, poſteritas exoptatiſſima, & ut inviolatum maneat, rogat, æternæque te divinitati in omnia ventura ſecula commendat.

Anno à principio mundi 5540.
Anno à diluvio inchoato 3484.
Anno à Chriſto Deo nato 1578.
Anno à nato Pſeudopropheta Mahometa 985.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]



Pyramis Nor= doensis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Verſus ortum.

DEO TRINO ET UNI SACRUM.

An. Chri. 1578. *D. Friderico I. Chriſtiano III. Friderico II. avo, patri, ac filio, Danorum Regibus, victorioſis ac bene de ſe meritis, H. R duorum poſteriorum in Holſatia Vicarius, nec non parentibus, tum ſibi ac uxori ſuæ, filiis ac filiabus, & horum poſteris poſuit.*

Verſus Meridiem

conſpicitur horologium ſolare, quod præter horarum diſcrimina indicat ſignum Zodiaci, in quo ſol annuatim verſatur, ortumque & occaſum ejuſdem, ſequentibus additis verſibus:

Umbra horas Phœbi deſignat climate noſtro,
Nodus, quod ſignum Sol tenet, arte docet.
Num ſolitum mutet poſt plurima ſecula curſum
Phœbus, poſteritas ſera notare poteſt.

Verſus Septentrionem.

Regibus ut gratum Danis ſe oſtenderet, ac his
Sanguine quos junctos conjugioque tenet:
Regibus hanc ſtruxit, conſanguineiſq; columam
Ranzovius, Cimbris qui vice Regis erat.

Verſus Occidentem.

Pyramis æthereas velut eſt educta ſub auras,
Qua jacuit plano Græcia clara ſolo.

Vt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Vt moneat, nobis quærendas æthere ſedes,
Virtuti & proprias eſſe ſub aſtra vias.
Sic patulis, Henrice, tibi eſt quoq; Pyramis aruis
Condita, quæ cæli fert caput alta plaga.
Ut moneat cælum patriam poſt fata petendam,
Quà virtus pretium dulce laboris habet.
Pectora quadratum ſignat conſtantia ſaxum,
Quæ levis accurſu non movet aura ſuo.

Henningus Conradinus.

Spes ſalutis ipſam ſævitiam doloris levat.

Non dolor eſt adeo ſævus, quem certa ſalutis
Æternæ ſpes non mitiget atque levet.

In eandem Pyramidem.

Nũc ſua Pyramidum ſileat miracula Memphis,
Nec Mauſoléum Caria jactet opus.
Nec Rhodus excelſi miretur ſaxa Coloſsi:
Nec Dictinnæ Epheſus templa profana colat.
Omnia Ranzoi turris miracula vincit,
Facta Deo, Regi, patribus, atque toro.
Gratia prima Deo debetur, at altera Regi,
Communi patriæ tertia, quarta patri.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Proxima quæ reſtat poſt caros una parentes
Pignoribus caſti eſt gratia danda tori.
Hæc quia, Ranzoi, præſtas Regique, patrique,
Et patriæ, caſti pignoribusque tori:
Quo ſub Rege ſatum, quo dicam patre creatum?
Matrem ego, quæ peperit te, reor eſſe Deam.

Nicodemus Friſchlinus,
Med. Doctor, &
Poëta Laur.

DE PYRAMIDE SEGEBERGENSI.

Idem vir magnus & excelſus aliud monumentum Segebergæ erexit, cujus deſcriptionem prius ponendã duximus, quam typum ſubijceremus. Illa eſt hujuſmodi.

Pyramidis ſive Sacelli fabrica figuram habet quadratam, & arcus triumphalis formam, cujus ſingula latera efficiunt pedes XXV.

Baſi ſaxea ſuſtinetur, eſtque alta pedes XXVIII. & inde, inſtar Pyramidis ſive turriculæ, ſe attollens, in acumen evadit.

Situm eſt Sacellum juxta viam Regiam, quæ Rendeſburgum & Bredenbergam ducit, in monte rotundo, quem humana opera congeſtum eſſe, & ædificium olim ſuſtinuiſſe, ex ruderibus patuit fundamenti.

Diſtat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Diſtat à Monaſterio Segeberg. paſſib, CCCCLXXX.

A ſuperficie ſoli uſque ad faſtigium hoc monumentum eſt altum pedes LXIIII. circa baſin XXV. pedes latum.

Supra oſtia quatuor, totidem ſunt teſtudines, ad medietatem uſque interioris ædificii porrectæ. Eſtque illarum latitudo fere pedum VIII. altitudo XVIII.

Feneſtris caret; januis clauſum eſt nullis: ſed frequentia ingreſſionum & tranſitionum ut celebretur, dies noctesque patet pervium: quemadmodum Imperatoris Conſtantini templū, in via Oſtienſi prope Romā in prædio nobilis Matronæ, Lucinæ exſtructum.

Oſtiorum ea eſt laxitas, & in ſublime elatio, ut lucem prębeant largam, & introitum exitumq; liberum præſtent.

Limina omnium oſtiorum tres pedes cum dimidio ſunt alta: & tota moles circumdata foſſa, ſpinis ac rubetis munita, ut animalia bruta ſuperare ea prohibeantur.

Pavimentum eſt ex lapide quadrato Cothlandico albo, & rubro Hoxſterienſi. In ædificii medio ſpacio inteſtina crypta eſt, pedes alta IX.

Seſſiones intrinſecus octo excavatæ & fornicatæ, æquali intervallo circumquaque diſtant, in quibus ſtatuæ exemtiles collocari vel ſuſpendi poſſunt. Conſimiles ſunt ſeſſiones aliæ quatuor angulares, ubi fornices concluduntur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Conſpiciūtur etijam paſſim tam in interiore, quam exteriore parte huius monumenti ſimulacra angelorū alatorum, opere ſtatuario confecta ex marmore, & inaurata.

In Sacelli meditullio, ara ex lapide vivo ſilicio Holſatico erecta eſt, VII. pedes longa, duos & dimidium lata & craſſa.

E regione verſus Orientem ſupra oſtium eleganter pictum eſt nomen DEI, JEHOVA, & effigies Servatoris noſtri pendentis in cruce, & ei inſidentis columbæ, Spiritum ſanctum repræſentantis, ſpecies, cum his verſibus:

Ipſum tu Chriſtum, quem crux deſignat, adora,
Atque tuam placide ferre memento crucem.

Spatia ſuper ceteris oſtiis interiora exhibent bella à Friderico II. Daniæ rege geſta: nempe

1. Ipſi & patruis Joanni & Adolpho, Holſatiæ Ducibus factam Dithmarſorum ſubiectionem, eorumque juramenti præſtationem.
2. Celebratam Haffniæ, finito hoc bello, à Senatoribus regni coronationem.
3. Bellum ſeptennale tam mari quam terra cum Regibus Sueciæ geſtum.
4. Elſburgenſis arcis expugnationem.
5. Helmſtadii opidi liberationem.
6. Warpurgenſis arcis recuperationem.

7. Aſtor-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

7. Aſtorpheidenſem conflictum & dimicationem.

8. Sueticæ navis prætoriæ Makeloſenſis ſubmerſionem, & reliquæ claſſis diſſipationem.

9. Ac tandem inter ipſum Regē Fridericum, & Regem Sueciæ Joannem, pacificationem.

10. Ducatus Sleſuicenſis & Inſulæ Fimbriæ patruis ſuis D. Joanni & D. Adolpho, atque fratri Joanni, Holſatiæ Ducibus conceſſam infeudationem.

11. Nec non inſulæ Livonienſis Oëſel recuperationem.

12. Auxiliorumque urbi Dantiſcanæ miſſorum deſignationem.

13. Arcium item ac navium novam exſtructionem.

14. Viarum publicarum apertionem & refectionem.

15. Locorum hactenus neglectorum culturam.

16. Diverſorum ædificiorum, quæ vetuſtate vel vitium fecerant, vel collapſa fuerant, inſtaurationem.

17. Cum Hamburgenſibus tractationem.

18. Denique, relictis regnis ac Ducatibus ſuis florentiſſimis, ampliſſimis theſauris, claſſe inſtructiſſima, & bellicis tormētis plurimis, pie ac placide ex hac mortali vita ad immortalem cum deceſſiſſet, pompæ funebris, Rodtſchildiæ habitæ, delineationem.


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

EPIGRAMMA IN SACELLUM.

Hoc Henricus ego tibi, Rex Friderice, ſacellum
Ranzovius ſumptu condo ſacroque meo.
Ut faciam, non me movet oſtentatio, ſuadet
Unicus ille bono Principe dignus honos.
Talis enim Rex noſter eras, ea gloria qualem
Poſtulat, haud alius nempe Parente bono.
Ergo tui placide cultoris ſuſcipe pignus.
Sic tua ſit virtus neſcia nocte premi.
Quiſquis adis autem fanum, prece numē adora:
Atq; pio ſimiles pectore poſce Duces.

Si pia maiorum violas monumenta, viator
Ultrices furias experiêre brevi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]



Opus abſolutum diebus CCXX.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Ceterum in quem finem auctor monumentum hoc condiderit, indicāt marmorum inſcriptiones, tam interiores quam exteriores. Intrinſecus propoſitæ ſunt ſequentes Leges, ingredienti ſacellum, cognoſcendę & obſervandæ.

HOC SACELLUM, NE EJUS violetur religio, ingrediens haſce obſervato leges.

DEum Opt, Max. trinum & unum ante aram flexis genibus adorato. Manibus immundis nihil contrectato. Omnibus luſtratis, quæ ſaxis inciſa ſunt, perlegito. His peractis, Friderico II. Regi Daniæ de placido obitu & vitæ immortalitate gratulator. Et filio ejus Chriſtiano IIII. ceterisque Principibus Holſatiæ gubernationem piam pacatamque exoptato. Secundum illos, Senatoribus ac proceribus regnorum Daniæ & ducatuum Holſatiæ, &c. Nec non Henrico Ranzovio, ejus liberis, poſteris, familiæque univerſæ ſucceſſus ſalutares atque proſperos precator. Hoſque omnes Deo Opt Max. commendato. Mortalem denique te eſſe memento, & vitæ ſpatium, quod omnibus natura circumſcripſit exiguum, ſanctiſſime honeſtiſſimeq; conficito, ut moriens vivas in omnem æternitatem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

AB ALTERA PARTE ITIDEM intima, Henrici Ranzovii querimonia ſe offert, & ejuſdem conſolatio.

Querela Henrici Ranzovij.

SUbſiſte hæc intuēs, & mihi Henrico Ranzovio, Regum Daniæ, Chriſtiani III. & Friderici II. quondam, & nunc Chriſtiani IIII. in Ducatibus Holſatiæ Vicario, LXIII. annum ætatis agenti, pro pietate tua condoleto. Unius enim anni ſpatio orbatus ſum Friderico † Duce Holſatiæ, &c. Domino meo; Filia Catharina * in Dania; Filio Friderico natu † tertio in Gallia; nepte Catharina, * ex Oligarda filia, in Germania; nec non duobus fratris mei Pauli filiis, Daniele † in Gallia, & Joanne * in Polonia; tandem etjam Friderico II. Rege † Daniæ, &c. Domino meo clementiſſimo, non tantum Rege, ſed patre patriæ, cujus Europa vix jam habet pietate, virtute, magnanimitate, fortitudine, in rebus gerendis, & conſiliorum felicitate ſimilem, qui omnes, longe diſſitis locis mortui, reſurrectionem vitamque cæleſtem coniunctim expectant. Jam egomet diſſolutionem mei corporis, ut ſervus dominos, pater liberos, avus neptem, patruus fratris filios, & grandævus juvenes, præpoſtero plane naturæ ordine, præcedentes ad vitæ æternæ ſocietatem quamprimum ſequar, avide pieque deſiderans exopto.

† *obiit Anno* 87. 15. *Jun.*
* *obiit Anno* 87. 26. *Maii.*
† *Anno* 87 29. *Nov.*
* *Anno* 88 20. *Jan.*
† *Anno* 87 24. *Nov.*
* *Anno* 88 23. *Jan.*
† *Anno* 88 4. *April.*

Diſtichon numerale.

PrInCIpIs, aC regIs, gnatI, CharIqVe nepotIs,
NeX patrVI, aC gnatæ ſVnt ea CaVſa MaLo.

Nulla calamitas ſola.

Interim hujus expers, lector, vive, vale, proſperiori fortuna utere: quod tibi ex animo precor.

Mœrentum locus hic, procul hinc diſcedite læti.

Ergo:

Marmoris hoc vacuū lacrymis impleto viator,
Si pietas animum commovet ulla tuum.

Orientalis plaga has inſcriptiones extrinſecus continet.

DEO TRINO ET UNI SACRUM.

Friderico II. Danorum Regi, pio, felici, inclito, domino ſuo clementiſſimo, Anno 1588. Aprilis 4. defuncto, H.R. Regiæ ſuæ Majeſt. in Ducatibus præſes, mœrens dolenſque, gratitudinis ergo, in memoriam perpetuam honoris & virtutis Maieſt. ejuſdem, hoc ſacellum F. F.

Symbolon Friderici II. Daniæ Regis.

Sola Deo in ſolo mea ſpes & vita recumbit:
Priſca fides et enim facta ferina caro eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

HENRICUS RANZO-
vius ad Regem.

Qui caput Europæ, qui Martis & artis ad Ar-
Qui juris columen, qui pietatis eras, (cton,
Hunc tibi, Rex, tumulum, Friderice, Henricus
Ranzovius, ſoboli conſtituiq; meæ. (honoris
Uno namque ſenex anno ſex funera plango,
In quibus, heu! ſummus ſunt tua fata dolor.
Id teſtor. Tu dive, meum ne deſpice pignus:
Sic tuus ex merito te tueatur honos.

Pars occidentalis retinet donationem huic ſacello addictam, hoc modo.

Ego Henr. Ranz. do, lego, darique volo quotannis tertia feria Pentecoſtes, peractis ſacris, & proximis ſequẽtibus tribus diebus, per Preſbyteros & Diaconos hujus opidi (quos conjunctim ejus rei diſpenſatores, certo laboris præmio conſtituto, ordinavi) ante hoc Sacellum, ad refectionem centum pauperum præfecturæ Segebergenſis, eleemoſynas anniverſarias, ex reditibus cujuſdam pecuniariæ obligationis, ipſorum fidei traditæ, reſiduamq; horum redituum partem ad reparationem hujus Sacelli, quotieſcunque neceſſaria fuerit, converti. Ea tamen lege ac conditione, ut illi reditus à Diaconis ad nullos alios uſus conferantur, nec alio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

loco eleemoſynæ, diſtribuantur. Quod ſi factum fuerit, heredibus, poſteris, familiæq; meæ Ranzovianæ conceſſi poteſtatem, huic Sacello addictam, donationem revocandi, reditusq; ad alios pios uſus transferendi. Et licet hanc formam diſpoſitionis acta ſigillata plenius contineant: tamen ejus tenorem, ad fidem harum rerum poſteris faciendam, huic tabulæ quoque incidi placuit.

Pars Auſtralis ſolarium in plano deſcriptum his verſiculis exhibet.

Hic tibi cum numero ſpectatur nodus & umbra,
Quæ tria quid doceant commemorare libet.
Umbra notat dextre, quota curſitet hora diei,
Hincque monet vitam ſic properare tuam.
Aſt in quo ſigno magni lux publica mundi
Verſetur, mira nodulus arte docet.
Si vis ſcire, dies quot quilibet occupet horas,
Id numerus media ſede locatus habet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Septentrionalis plaga hæc habet
Epigrammata.

FRactum obiit fato noſtrum decus illud, & illuD
Ingens Teutoniæ fulc|R|um, cũ ter duo luſtrA
DEmpto anni ſpatio v|E|luti venerabile nũeN
Regna ſalutifero ſua|REXER|at undiq; ſceptrO.
Interea miſeri hac miſ|E|ra qui valle tenemuR
Curarum, vario |R|eplemus ſidera fletU,
USq; malis certã ſtatuent ſacra numina metaM.

Lindebergius.

Ænigma continens annum
obitus.

6. *Quot Deus explevit cœlum terramq; diebus,*
930. *Anni quot vixit tempora primus Adam.*
600. *Quot periere rubra currus Pharaonis in unda,*
12. *Quot genuit Jacob pignora maſcla tori.*
10. *Quot Sinai Dominus leges in vertice ſanxit,*
30. *Quot Simſon rigido perdidit enſe viros.*
An. Chri. *Annos in numerum tot tollige Lector, habebis,*
1588. *Quo mortem Danus Rex Fridericus obit.*

Lindebergius.

DIs

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

DIs Manibus D. Friderici II. Danorum regis.

Vos ſanctæ exſuviæ, divinæ particula auræ,
Queîs ſolis lethi immunibus eſſe licet,
Ecquid ad ignotas miratæ carmina moles
Sentitis famæ præmia perpetuæ?
Ranzovio acceptũ hoc fertis; qui ſtẽmate major,
Eſt dubium, ingenio, juſtitiave ſiet.
Macte his inferiis! Ranzoio vindice, quondam
Hoſtes; nunc etjam dat Libitina manus.

G. Ens.

Collatio Pyramidis Segebergenſis & Romanorum.

Pyramides quondã varias Roma inclita ſtruxit
Sumptibus eximiis, ſumptibus innumeris.
Pyramidem ſtruxit ſimilem Ranzovius Heros,
Sumptibus innumeris, ſumptibus eximiis.
Illa viro claro aut fortes qui vicerat hoſtes,
Hic Regi forti, Rex Friderice tibi.
Illa ſitu bello bellas, longeque micantes,
Hic ſplendore gravem, cumq; decore parem.
Illa quæ erant Latiæ tanquam miracula terræ,
Hic quæ miraclo non minus eſſe poteſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Cum non ex lapide aut ligno, nec ſtructa metallo,
Et tamen ex omni parte ſit artis opus:
Cedite Pyramides Romanæ, cedite priſcæ:
Nam claret parili Ranzo viana modo.

Lindebergius.

In eandem.

Romani quondam veteres mira arte ſtruebant,
Pyramides pulcras, conſpicuosq́ tholos.
Jam nunc Ranzovius ſtruxit non arte minori,
Pyramidem pulcram conſpicuumq́ tholum.
Magnus honos, magna hæc velle, & quoq́ cōdere
Aſt cœpta ad finem ducere, major honos. (poſſe:

Lindebergius.

In Pyramidem eandem Segebergenſem Ænigma ad Viatorem.

Dic mihi, qui tranſis, moles congeſta ſit unde hæc,
Quæ niveo in celſo monte colore micat?
Quo formata modo? qua ſit ratione parata?
Cum lapide ex nullo ſtructa ſit illa mihi.

ALIUD.

Non hanc Ædiculam lateres, ſubiere, metalla,
Ligna, lutum, ſaxum: dicito materiam?

ALIUD.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

ALIUD.

Non lapide aut ligno conſtructas conſpicis ædes.
Materies molis, dicito, quæ fuerit?

ALIUD.

Non hæc vel vivo, vel cocto fabrica conſtat
Saxo, nec ligno. facta ſit unde, rogo?

SOLUTIO ÆNIGMATIS.

STructura monumenti neque latere, neque cæmento, neque ligno conſtat: ſed materiam illi ſuppeditavit calcifodina Segebergenſis. Hinc enim eruta calce viva & fuſili reddita, quaſi ex uno ſolido lapide eſt cōpactum monumentum miro artificio, ſine columnis, ſine trabibus, ſine tranſtris, ſine tecto imbricato, & totum albario opere éxpolitum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Pyramis

Hæc
Lector
te tria
Care docet.

Principio quod
Sumptibus immenſis
Stet conſtructa tam bene
Ornateque Vicarij. Dein-
de quod hæc eadem Secundi
Sit Friderici conſecrata manibus,
Danica qui geſſit ſceptra potente manu.

Deniq; ſublato in cælum quod culmine ſignet,
Calceq;, qua facta eſt, pura, ſine crimine puram
Quilibet ut vivat vitam, mortalia linquat,
Et crebro ſolum ſuſpiret, anhelet Olympum.
Hæc ubi cognôſti: ex animo bona multa precare
Ranzovio Domino, & quo te via ducit euntem,
Perge ſtatim, & felix longiſſima tempora vive.

H. R. 1588. *V. R.*

Ad Fridericum II. Regem Daniæ, H.R.

Si penſare animos ſinerent crudelia fata,
Et poſſet redimi morte aliena ſalus:
Quantulacunque meæ debentur tempora vitæ,
Pensâſſem pro te, Rex Friderice, libens.
At nunc, quod poſſum, lacrymis tua funera plangam,
Et vitam in terris, ut moriturus, agam.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

CAPUT V.

DE OBELISCO RANZOVIANO, CUIUS TYPUS talis eſt.

OBeliſcus excellentis & nobiliſſimi viri H. R. juxta monumentum Segebergenſe collocatus, ejus formam refert obeliſci, quem à D. Auguſto juxta Mauſoleium Romæ erectum Sixtus V. Pont. Max. ad Baſilicam S. Mariæ Majoris in Exquilinum nunc tranſtulit. Altitudine autem hic Romanum quantum excedat, ex dimenſione inciſa patet. Baſis ſubſtructa lapide vivo ſilicio Cimbrico: epithema polito candido ſaxo Buceburgenſi conſtat. Diadema æneum deauratum eſt, ex quo pendent tintinnabula, quæ vento agitata longe ſonitus referunt.

Hoc diadema ſonum ut, ventis ſpirantibus, edit,
Sic tua laus nuſquam, Rex Friderice, ſilet:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

In Pyramidem & Obeliſcum Segeberg-
enſeis H. R.

Tempus edax longo rotat humana omnia curſu;
Solaque fatali numina morte carent.
Cetera par divis Ranzoius; ſtirpe ſed ortus
Mortali, ut poßit vincere poſtgenitos,
Educit, qualeis olim Memphitica tellus
Mirata eſt, uſque ad ſidera pyramides.
Nec tamē effugient cariem hæ venientibus annis:
At fati domitrix ſola Camœna cluit.
Inſerit aureolis igitur monumenta libellis.
O bene! quid lethum heîc juris habere queat?


G Ens.

HUNC OBELISCUM STATUI
CURAVIT HENRICUS
Ranzovius,

Ab orbis principio 5552.
A Chriſto nato 1590.
Ætatis anno 65.

Hujus Obeliſci forma atque Pyramidis una
Non eſt: ſtructuræ cauſſa ſed una fuit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Ad ortum ejuſdem conſpiciuntur
hæc verba:

SAnctæ & individuæ Trinitatis honori, nec non in Friderici II. Regis Daniæ ac progenitorum poſterorumque ſuorum memoriam, hunc Obeliſcum Segebergæ ſtatui curavit Henricus Ranzovius, Anno Domini 1590. Ætatis 65.

Hoc opus exſtruxi Henricus Ranzovius, omne
Numinis in laudem, Conditor alme, tui.
Et ſimul in Danaum Friderici Regis honorem,
Totiuſque mei ſeminis, atque domus.

Ad Occaſum.

Pro meritis, Friderice, tuis, Rex optime regum,
Hæc monumenta tibi dedico, ſacro, ſtruo.
O utinam majora mihi præſtare liceret!
Hoc totus ſtares aureus ipſe loco.

Ad Meridiem.

Quem regi & vobis Obeliſcum dedico, nati,
Ad virtutis iter nobile, calcar erit.

Cer-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Certumque indicium, quærendas æthere ſedes,
Et nihil in terris certius eſſe nece.

In calce Obeliſci.

Hoc latus Henricus Ranzovius vicarius Regius, Caio filio ſuo pie mortuo, Anno Chriſti 1591. cum eſſet annorum 28. menſium octo, dedicavit.

Ad Septentrionem.

His viſis, lectis, placide diſcede Viator,
Cunctaque ſtructori fauſta precare meo:
Perpetuo infelix, & deteſtabilis eſto,
Qui ſacrum in minimis hoc violabit opus.

Lindebergius.

In eundem Obeliſcum.

Inſiſtit terræ, caput inter nubila condit,
Aëreas penetrans en Obeliſcus aquas.
Quo ſe Ranzovius, Cimbrorum gloria gentis,
E terra ad ſuperos, hac quaſi voce vocat.
O mea mens ſurſum, quem tendis, dirige curſum,
Mens oblita ſoli, ſuſpice regna poli.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Optima pars mundi cælum eſt, pars peſſima tellus:
Tellurem ô liceat linquere, & aſtra ſequi!
Quiſquis es, hæc imitare ſenis pia vota beati,
Hic tibi nec viſus fruſtra Obeliſcus erit,

Nathan Chytræus Acad.
Roſt. Profeſſor.

In eundem.

Quid Latii mirare Obeliſcos, care Viator,
Deſine, Ranzovius condidit arte parem.
Ah quid dico parem: non eſt; ſed pulcrior ipſis
Italia alma tuis; Roma ſuperba tuis.
Quæ ſtruis idolo tantum mera vana profano,
Hic uni ac trino, quod ſtruit omne, Deo.
Tu civi ſtatuas ſtatuis perſæpe celebri,
Patribus hic patriæ, principibuſque viris.
Qui regum claro clarorum ſanguine nati,
Factiſque æternum promeruere decus.
O valeant Latii; Latiales vincit hic unus,
Arte, decore, jugo, laude, nitore, ſitu.

Lindebergius.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

In eundem.

Dum ſtabit nullis Obeliſcus dirutus Euris,
Stabit Ranzovii gloria, ſtabit honos.

DE MONUMENTO GORMONIS REGIS DANIÆ.

CUm Dn. Henricus Ranzovius monumētum Gormonis, Regis Danię, æri ante annum incidi curaverit; illud quoque hîc reliquis ſubjungere volui. Sciendum autem, quod Dani, cum propter defectum ſaxorum Pyramides ac Obeliſcos exſtruere minime potuerint, olim in memoriam regum ac herorum ſuorum ex terra coacervata ingentem molem montis inſtar eminentem ſtatuerint.

Literarum in typo ſignatarum explicatio.

A. Templum ſive Sacrarium duobus conjugum ſocialibus buſtis interpoſitum, plumbo tectum.

B. Lapis ſepulchralis, qui in altitudine habet ulnas quinque & dimidiam, in circuitu novem. In uno latere formam hominis, ut vides, exhibet, in altero latere literas in ſequenti tabula expreſſas.

C. Mons ad Septentrionem, qui habet altitudinem quadraginta ſex ulnarum; latitudinem trecentarum ſexaginta ulnarum; amplitudinem in ſuperiori parte centum duodecim ulnarum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

D. Fons funditus ex ſaxis exſtructus, ex quo indies aqua hauritur à circumjacentibus populis: in circuitu habet quadraginta ſeptem ulnas.

E. Mons ex altera parte verſus meridiem eſt altus triginta ſeptem ulnas: in circumferentia quadringentas triginta unam ulnas habet; in ſuperficie eſt amplus centum quinquaginta ſeptem ulnas.

F litera ubi notata, eſt inſignis magnitudinis lapis, paulo minorq; ille, qui apud templum inter duos mõtes collocatus eſt. Et ut melius omnia intelligantur, totius monumenti typum hîc ſubjeci, nec non formã Alphabeti, qua tum temporis Idiomate Cimbrico ſive Danico uſi ſunt, una cum inſcriptione.

Huc refer tabulam, in qua depictum eſt monumentum Gormonis.

Adjicere hæc propterea ceteris volui, quod nuper Romę editus fuerit liber variarum inſcriptionum, Dn. RANZOVIO, à præcipuo quodam amico ſuo transmiſſus, in quo Auctores omnium fere literarum recenſentur. Inter alios vero Ulpius quoque Epiſcopus Gothicarum literarum inventor per Lucam Fanenſem celebratur, quarum hujuſmodi expreſſit imagines:

Hæ



Hæ Gothorum literæ ſcriptionis forma plane cum præmiſſis conveniunt, pauciſſimis lineolis exceptis, quas

Tempus edax rerum, quas invidioſa vetuſtas

in lapidibus, quibus inciſæ erant, abolevit: ut colligi poſſit, iiſdem characteribus & Cimbros & Gothos uſos olim fuiſſe. Sunt adhuc in aliis Daniæ locis lapides talibus characteribus inſigniti, quos (Deo volente) Dn. RANZOVIUS brevi quoque, pio antiquitatum ſtudio per artis Hieroglyphicæ miniſterium edi curabit.

Fuit & lapis in Holſatia talibus figuris notatus, eo in loco, ubi Crito, princeps Sclavorum, interfectus eſt, nō procul ab opidulo Lutkenbach, in ejus memoriam in trivio erectus. Exſtat adhuc alius lapis in Ducatu Sleſwicenſi, in loco dicto Ammerwat, ubi ultra hominum memoriam inter Danos & Holſatos acerrime pugnatum, & maximum commiſſum prœlium; in cujus rei memoriam ibidem collocatus eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Caput VI.

De Molis Ranzovianis.

Ædificavit molas 39.

UT ſuperiora omnia clariſſimus & generoſus ille Bredebergæ Dynaſta Henricus Ranzovius, ad patriæ ornamẽtum ſingulare exſtruxit, ita etjam in ejuſdem emolumentum & incolarum commodum maximum, varias & omnis generis molas, frumentarias, hydromylas, pneumaticas, olearias, & quibus charta parari, nitratus pulvis confici, ligna ſerra ſecari, inque modum tubi excavari, aurum purgari, ferrumque cuprumque tundi & ſubigi ſolet, diverſis in locis ædificavit numero 39. De quibus tale eſt Samuelis Crugeri Epigramma:

Nil aliud Deus eſt, hominem quam velle juvare,
Credidit ut priſco tempore priſca fides.
Triginta ergo novemque molas qui ponere dives
Dum potuit, poſuit, qui mihi, quantus erit?

Has

Has quia Ranzovius, vis vivida Martis & artis
Dum potuit, poſuit, qui tibi poſteritas?
Hæc benefacta viri memori ni dixeris ore,
Poſteritas quidem eris, ſed ſcelerata nimis.

CAPUT VII.

DE FONTIBUS RANZOVIANIS, ET PRIMUM DE FONTE BREDENbergenſi, cujus typus hic ſubjectus eſt.

NEquaquam ejuſdem Mæcenatis noſtri fontes eximios ſilentio prætereundos eſſe cenſeo. Bredenbergenſis enim, qui horum eſt præcipuus, tectoque gibboſo, ſcandulis pictis veſtito, octangularis, 60. pedes profundus, 15 in rotunditate amplus, vix ipſi Caballino elegantia, & aquæ puræ abundãtia cedit, quod teſtatur fons ipſe, paratum cuivis officium his verſibus inſinuans:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

TYPUS FONTIS BRE-DENBERGENSIS.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Fons ego communem ſcateo fœcundus in uſum,
Tota domus de me commoda multa capit.
Nec pretium poſco, nec egenti denego cuiquam,
Gratuitas ex me quilibet haurit aquas.
Utque queam ſemper dare, nunquam copia dãdi
Deficit, & damnis augeor ipſe meis.
Cum prior egeritur, ſemper nova proſilit unda,
Dum ſucceſſuræ cedat & illa locum.
Si licitum eſt magnas parvis componere rebus,
Hi domini mores, qui meus auctor erat.
Is patriæ talis (fas eſt laudare ſepultum)
Exſtitit, & multis munera larga dedit.
Ejus erat domus, ut portus communis, habebat
Hic ſibi ſperatam, quiſquis egebat, opem.
Ut faceret, vires & opes fortuna merenti
Contulit, & larga præbuit uſa manu.
Sic patriæ, dum vita fuit, ſervivit amatæ,
Ereptam multis aſſeruitque malis.
Nec mercede caret, nunquam licet ipſe petivit,
Gloria defunctum ſponte ſecuta manet.
Ad patris exemplum ſeſe componere natus,
Hunc qui me cultum juſſit habere, ſtudet.
Sed mihi viventem pudor eſt extollere verbis:
Qui legis hæc, illi fauſta precare, vale.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Proximus eſt ſuperiori in pago Munſterdorp D. Sixto olim hac inſcriptione ſacer.

Hunc fontem, olim D. Sixto ſacrum, & potu contra febrim ſalubrem, vetuſtate collapſum H R. Anno Domini 1587. reſtauravit.

Non procul a celebris Bredebergæ mœnibus arcis
Fons eſt, qui Sixto dicitur eſſe ſacer:
Corpora lethali qui febre levare putatur
Horrida, quæ quarta luce redire ſolet.
Scilicet hæc virtus patuit per ſomnia Galli,
Ex hoc qui medicas hauſerat æger aquas.
Hunc pius Henricus Ranzow reparavit, & illi
Reſtituit fonti, quod fuit ante, decus.

Tertius

Tertius eſt in arce Redingſtorp, ex albo Buceburgenſi lapide ab imo fundo uſque ad ſummitatem formatus, ferroque probe munitus, & in ſuperiori parte aureo pomo ornatus, de quo exſtat Joannis Fuſiii ſequens elogium.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Extollat fortes fons maximus Albis Othones,
Atque Atheſis patriam, docte Catulle, tuam,
Te lapis æternum Parius, quẽ ſummus & imus
Ambis, & medio perfluis amne, facit.
Exque auro pomum, quo ceu diademate fulges,
Mænalii celebrem reddit in orbe poli.
Per te Ranzovius ſtructor celebretur, & illa
Cujus habes nomen, Ranzoviana domus.

CAPUT VIII.

DE MONUMENTIS ET EPITAPHIIS RANZOVIANIS.

NUnc monumenta & Epitaphia, quę Martis & Pallados ſtudiis inclitus Henricus Ranzovius, in diverſis diverſarum regionum locis, partim ſibi, parentibus, liberis, agnatis & cognatis pie defunctis erexit, partim ab aliis olim erecta, renovari ſuis expenſis curavit, additis eorum inſcriptionibus, juxta annum obitus, ordine depinguntur: à quo ne abeam longius, initium à vetuſtiſſimo eorum & primo faciam. Id autem Lubecæ in hunc modum legitur.

I. Epi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

I. Epitaphium Ranzovianum Lubecæ in templo Cathedrali poſitum.

Anno 1465. prima die Februarii ex hac vita migravit DETHLEVUS RANZOW, dominus in Neverſtorp, hujus Eccleſiæ Canonicus, qui hoc loco, cum patre Henrico milite, anno 1464. die 5. menſis Martii mortuo, ſepultus eſt. Inſcriptionem monumẽti vetuſtate corruptam H. R. Regius in Holſatia Legatus refecit, Anno Domini 1575. Ætatis 50. Obiit 1465.

Ordinis eſt ſacri DETHLEVUS adeptus honorem,
Qui ſua de Canonum nomina jure tenet;
Qua colitur pulcræ templum cathedrale Lubecæ,
Quaque frequens largas ara miniſtrat opes.
Hic ſua tranquillæ traduxerat otia vitæ,
Conſilio præſtans, ingeniique bonis.
Sæva trucis genitor tractaverat arma Gradivi,
Henricus celebri nomine vectus Eques.
Cum patre jam dormit ſocia Dethlevus in urna,
Qua ſacra baptiſmi labra replentur aqua.

Henningus Conradinus.

II. Bremæ.

ANno Chriſti 1489. Januarii 8. obiit BARTHOLdus Ranzovius, Canonicus Bremẽſis & Hamburgẽſis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

nec non Prępoſitus Hadelerienſis in opido Buxtehuda, qui inde Bremam tranſlatus eſt, & ibidem terræ mandatus in æde primaria. Ejus ſepulchri inſcriptionem, quod ſaxo muro inſerto Bremæ adhuc exſtat, &

Obiit H.R. reparavit, ſubjicere placuit.
1489.

Funde viro lacrymas, Brema, atq́ꝫ hũc plãge viator
Exſtinctũ, virtus quẽ ſuper aſtra levat.
BARTHOLDI Ranzow præclaro ſtemmate nati,
Hoc tumulo cineres oſſaque clauſa jacent.
Dum vixit, ſacro venerandus in ordine vixit,
Buxthuda extremum clauſit in urbe diem.
Cui vita atque animo ſtuduit ſervire pudico,
Defunctum regnis inſere, Chriſte, tuis.

III. Chilonii.

Obiit IN hujus urbis Eccleſia Parochiali, ſingulare illuſtri ac
1511. nobili Ranzoviorũ familiæ eſt ſacellũ, in quo multi Ranzovii perhonorifice conditi ſunt, præcipue vero OTHO Eques auratus, cujus gratam poſteritati memoriam ac Epicedium H. R. Daniæ & Norwegiæ regis in Ducatibus vices gerens, huic noſtro operi addi voluit. Id autem tale eſt:

Otto Ranzovius Eques auratus, Dominus in Bulck & Cnop, Conſiliarius Joannis Regis Daniæ, Sueciæ, & Norwegiæ, obiit diem Chilonii Anno M. D. XI.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Inclita Ranzovium virtus quoq; tollit Othonē,
Et viget Holſato poſthuma fama ſolo.
Baltheus ob meritum, gladius cui fulgidus auro
Ceſſerat, auratus nomine fertur Eques.
Conſiliis prudens Joannis rexerat aulam,
Danorum ſenior qui data ſceptra tulit.
Duxit at hinc vitam Chilonidos urbe quietam,
Averſans ſtrepitus aula moleſta tuos.
Tum fieri ſacra curavit in æde ſepulchrum,
Semotum populo clauſa quod æra tegunt:
Nempe memor vitæ fragilis mortisque futuræ,
Hîc voluit membris eſſe cubile ſuis.
Hic decies ſenos clypeos, galeasque comantes
Magnorum videas ſigna vetuſta virûm,
Qui de Ranzovio florentes ſtemmate clara
Temporis unius laude fuêre decus.
Hæc juvenes vobis addant calcaria pulcræ
Virtutis, quos nunc Cimbria dives alit.

ETſi ſequentibus duobus nullum ſepulturæ monumentum heredes poſteri ſtatuerunt: tamē unicum familiæ ſuæ decus & ornamentum H. R. hæc memoriæ illorum ſacra, præſenti in loco inſeri expetivit.

DETHLEVUS RANZOVIUS, Joannis Equitis aurati frater; Canonicus Bremenſis & Hamburgenſis, *Obiit* 1540.

Anno 1540. deceſſit Romæ, ubi & ſepultus eſt, cum Bononiæ aliquandiu verſatus linguam Latinam & Italicam addidiciſſet, & ad majores dignitates adſpirans ad Pontificem contenderet.

Cimbria me genuit, docuitque Bononia clara,
Doctrinæ vero præmia Brema dedit.
Fecit & hoc Hamburga quidem: porro Itala tel-
Me rapuit, gremio ſervat & ipſa ſuo. (lus
Cimbria ſic cunas dedit, invida Roma ſepulchrũ,
Me patriæ reducem nec tulit eſſe meæ.
Sors eadem Cimbris fuit eheu pluribus olim,
Res quibus in bello eſt optima viſa mori.
Terra inimica vale: ſolerti proſpice cura,
Ne repetat cineres Cimbrica terra ſuos.
Interea fateor, quod ego terraque locoque
Nec potui naſci, nec meliore mori.

Henricus Ranzovius.

Obiit 1547. ANno 1547. exſpiravit BALTHASAR Ranzovius, Epiſcopus Lubecenſis, & Præpoſitus Sleſuicenſis, nec non Chriſtiani III. Daniæ regis Conſiliarius, cum per undecim annos Epiſcopatui ſumma cum laude præfuiſſet. Ætatis 49. anno ſeptimo climacterico, captus à nobili Martino à Waldenfels, hoſte Regis, & ab-

& abductus in Marchiam, ubi in exſilio vitam finiit, ſepultusque eſt in templo Blutenſi, vir inſigniter doctus.



BALTHASAR inſignem ſacri qui geſsit honorem
Præſulis, in templo, clara Lubeca, tuo:
Cujus dextra pedum præfert, & mitra bicornis
In capite, inque humeris pallia fulva nitent:

Editus hic claro de ſtemmate fulſit: at alti
Officii & generis quam cito fluxit honos!
Exceptum inſidiis hunc clam tenuêre cyclopes,
Infeſti ſceptris, Dania celſa, tuis.
Nullaq; cauſſa fuit, niſi ſpes teterrima lucri,
Quæ tulit immerito vincla necemque viro.
Namq; animo ſortē dum vincere certat acerbā,
Nec quicquam contra jura decusque facit:
Liberat hunc dextra Lacheſis, vitæque revellit
Stamina, mens cælo corpore miſſa volat.
Quiſquis es, haud generi, nec honori fide caduco,
Aſpera cum ſortis vis venit, illa jacent.
Fortunam ſuperat Virtus, hæc ſola ſuperſtes,
Tutaque, vel totus corruat orbis, erit.

Henricus Ranzovius.

IV. Antwerpiæ.

IN æde D. Mariæ, quæ eſt in urbe Antwerpienſi per totam Europam notiſſima, clariſſima, hujuſmodi inſcriptionis buſtum ex marmore viſitur.

Obiit *Henricus Ranzovius, Regis Daniæ in Ducatibus Ad-*
1553. *miniſtrator, Franciſco ab Hallen, Domino in Drakenburg & Rintelem, ex equeſtri Brunſuicenſium ordine nato, ſocero ſuo, hac in urbe pie defuncto, Anno nimirum 1553.*

die

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]



TYPVS ALPH

Abcdefg hikl

Gormo Rex Daniæ uix: circa annum Dñi 929

INSCRIPTIO MONVMENTI GORMONIS IN

Gorma Kominga giorda Kube d

ALIA INSCRIPTIO MONVMENTI HARALDI RE

Haraldt. Kong bygt Kiercke Kybl dyse offur



PHABETI

ᛘ ᚼ ᛦ ᛒ ᛑ ᚱ ᛋ ᛏ ᚢ

m n o p q r s t v

N PARVO LAPIDE TYRÆ VXORI POSITI

ᚦᚱᛋᛁ : ᛅᚠᛏ : ᚦᚢᚱᚢᛁ : ᚴᚢᚾᚢ .

diſse offuer Thyre Konæ

Haraldus Rex Daniæ, Angliæ et Noruegiæ uix: circa annum Dñi 964.

REGIS PARENTIBVS SVIS GORMONI ET TYRÆ POSITI

ᚴᚢᚱᛘ : ᚠᛅᚦᚢᚱ : ᛋᛁᚾ : ᛅᚢᚴ : ᛅᚠᛏ : ᚦᚢᚢᚱᚢᛁ : ᛘᚢᚦᚢᚱ : ᛋᛁᚾᛋᛅ :

Gorm Fader sin och offuer Tyre Mutter sinse

ᚢᛅᚾ : ᛏᛅᛘᚢᚱᚴ .

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

die 27. Septemb. marmoreum hoc monumentum conſtituit, & jam ſecundum belli tumultibus deſtructum, innovavit.

En ego, qui claro HALLÆO ſum ſtemmate natus,
A nece devictus condor in hoc tumulo,
Quem gener HENRICUS generoſo ex marmore
Præſenti poſuit conſtituitque loco. (nobis
Qui fuerim quondam, te patria terra docebit,
Qui nunc ſim, poſthac, quiſquis es, hoſpes eris.
Perpetuo nemo vivit, rapit omnia lethum,
Fluxa obeunt, pereunt lubrica, cuncta cadunt.
Fama levis, levior fortuna, leviſsima mens eſt:
Hæc longe exſuperat ſed levia ipſus homo.
Fama brevis, brevior fortuna, breviſsima mens
Hæc multo excellit ſed brevia unus homo. (eſt:
Mobilis eſt ventus, veloxque volubilis annus,
Gloria noſtra brevis, funda voluta levis:
Mobilior ſed homo eſt, hominis velocior ætas,
Et levior, brevior, vita neciſque dies.
Marceſcunt ſubito violæ, cito lilia languent,
Somnus abit, pereunt vitra, volatque ſonus:
Sed citius flacceſcit homo, citiusque fatiſcit,
Quam violæ, ſomnus, lilia, vitra, ſonus.

Lindebergius.

V. Itzehoæ.

IN templo hujus urbis, D. Laurentio ſacro, tumulus ſequentibus verbis inſcriptus cernitur.

Obiit 1557. *Sub vicino lapide MAGDALENA Joannis equitis aurati filia à patre, fratribusque primo honorifice condita eſt; deinde in paternum conditorium per Henricum fratrem tranſlata, quæ nupſerat viro nobili Oſwaldo à Wiſch, & cum vixiſſet annos 29. & menſes circiter quinq;, diem ſuum in puerperio clauſit, ante tamen puerulum enixa, cum quo tumulata eſt, Anno Domini 1557. die 5. Auguſti.*

Caſta ſub hoc gelido ſita Magdalena ſepulchro eſt,
Quæ de Ranzoo ſtemmate nata fuit.
Feminaque omnigenis paſsim virtutibus aucta,
Servavit caſto fœdera caſta viro.
Parturiens quinto, nimio devicta dolore,
In partu triſti morte ſoluta perit.
Corporis ut vinclis mens eſt exuta, recepta eſt
Sedibus æthereis, corpora terra tegit.

ALIUD.

Dum pario, pereo, & dum ſemper pareo Chriſto,
Nunc ſacra cælorum regna ſubire paro.

Lindebergius.

VI. Mel-

VI. Meldorpiæ.

IDem H. R. Theodorico ab Hallen, patrui conjugis ſuæ filio, qui Friderico II. Daniæ Regi & Holſatiæ ducibus, cum Dithmarſiam expugnarent, 100. equites adduxit, ibidemque fortiter dimicans occubuit, tale Epitaphium F. F.

Viro ſtrenuo & militari Theodorico ab Hallen, Heidæ in pugna occumbenti, H. R. Daniæ Regis per Holſatiam Legatus, reliquit. *Obiit 1559.*

Cum flagraret acri tellus Dithmarſica bello,
Quæ dominis ceſſit poſtmodo victa ſuis:
Ipſe mico rigidis hoſti metuendus in armis,
Adducens equitum, Rege jubente, manum.
Sed mors invidit vitam, quam flebilis aufert,
In terra hoſtili præpropere ante diem.
Nil moror in medio morior quod turbine Martis,
Pro Rege ac Lege, & pro grege dulce mori eſt.
Et melius fragilem naturæ reddere vitam,
Quam ſua femineæ tradere terga fugæ.

Lindebergius.

VII. Segebergæ.

SEgebergæ in monaſterii eccleſia funeratus eſt Gerhardus Walſtorp, cui cũ à poſteris nullus ad memo- *Obiit 1562.*

riam honor eſſet impenſus, ſed ſola ſui generis inſignia ad columnam appenſa, H. R. ipſi ad eandē columnam Epicedium marmori Gothlandico inciſum hac dedicatione condidit.

Henricus Ranzovius, Domini Joannis, Equitis aurati filius, hujus arcis præfectus, avo ſuo materno GERHARDO Walſtorpio, ex pia matris ſuæ poſtulatione, Anno 1562. hoc monumentum conſtruxit.

Sub inſignibus autem prædictis hanc inſcriptionem pingi curavit.

Henricus Ranzovius, D. Joannis filius, hujus arcis Præfectus, inſignia Walſtorpici generis huic parieti appēſa, fere abolita, in gratiam ac memoriam Avi, Proavique materni hic ſepulti, redintegrari juſsit.

Hoc tumulo præſtans heros cū patre Gerhardus,
Depoſuit moriens corporis oſſa ſui,
Qui de Walſtorpûm traducit ſtemmate cretus,
Antiqua antiquum nobilitate genus.
Sed nihil ad mortem genus aut inſignia proſunt,
Nil honor & veterum ſtemmata clara patrū.
Sola ſolo virtus poſt fata noviſsima durat,
Et nequit exſtincto corpore ſola mori.
Omnia depaſcit non lætum cetera lethum,
Bellaq; bella minus, Parcaque parca minus.

Felix

Felix qui geminis Virtutem amplectitur ulnis,
Flagrat amore hujus, flagrat amore Dei.

Lindebergius.

HOc in loco viri bellicoſi & magnanimi BREIDÆ RANZOVII, Henrici gentilis epitaphium inſerere placuit. Dignus enim eſt ob varias animi & corporis dotes, qui reliquis adjungatur. Heres fuit in Bolgenſtede & Redewiſch, & Præpoſitus Pretzenſis, nec non Chriſtiani III. Regis Daniæ in Ducatibus Holſatiæ Vicarius, à quo miſſus in Phriſiam cum exercitu, ſed à Georgio Schenckio, Caroli V. duce, profligatus eſt & captus, tandemque priſtinæ dignitati reſtitutus. Obiit Anno 1562. Octob. 13. & ſepultus in Parochia ſua Eggebeke. *Obiit 1562.*

Breidam magnificum & fortem, qui Marte totaque
Ranzovicũ retulit pectore et ore genus,
Olim Chriſtiades Rex Danica ſceptra gubernãs,
Belgica cum valida miſit in arva manu.
Cæſaris at victus ceßit victricibus armis,
Cui ſemper ſtatu ſors fuit æqua ſuo:
Illius auſpiciis cum forte Georgius agmen
Schenckius Hollandis duceret acer agris.
Carolus at captum poſtquam dimiſerat ultro
Virtutis propter ſplendida dona, virum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Inclitus Holſatæ reducem Rex præficit oræ,
Quaſua Chriſtiades regia jura tulit.
Haſce regens æquo præſes moderamine terras,
Segberga tenuit Regis in arce locum.
Poſt varios caſus mens immortalis Olympo
Reddita, mortalis pars data ceſsit humo.

In effigiem ejuſdem.



Non

Non cordis vox eſt ſolum qua prodimur inde,
Sed facies etjam eſt certa feneſtra animi.
Aſpice Breidonem, Ranzoo ſanguine natum,
Ut Martem ſpiret, ſpiret itemque togam.
Queis generis præclara ſui mage ſtemmata fecit,
Et notum peperit nomen in orbe ſibi.
Effigiem vultus potuit producere ſculptor,
Sculpere qui mentis poſſet acumen, abeſt.

VIII. Itzehoæ.

IN periſtylio Cœnobii Itzehoenſis auſtrali, lapide parieti injuncto, hæc leguntur.

H. R. Regis Daniæ Ducatuum Gubernator, amitæ ſuæ CATHARINÆ, *quondam hujus monaſterii Abbatiſſæ, cum id 20. annos prudenter admodum fideliterque rexiſſet, Anno 1564. Januar. 23. mortuæ, ſtruxit.* *Obiit 1564.*

Quæ ſterilem duxi totam ſine conjuge vitam,
Et colui pura relligione Deum;
Cœnobiique hujus per bis duo luſtra fidelis
Abbatiſſa fui, hic morte ſoluta cubo.
Mens addicta ſacris cæleſtia regna ſubivit,
Corpus vicina dulce quieſcit humo.

Lindebergius.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

IX. Itzehoæ.

AD latus Auſtrale templi ejuſdem prope chori clathros & aram, à Ranzoviis non paucos ante annos ſanctæ & individuæ Trinitati dicatam, annuiſque & perpetuis proventibus liberaliter dotatam, ſpectatur Mauſoleum, à piis gratiſque erga patrem filiis, Henrico & Paulo Ranzoviis, haud levi impenſa & ſumptu ædificatum, regium & egregium.

Mauſoleum autem ipſum, de quo nobis ſermo, ſupra reliquam pavimenti tribus fere ulnis gibbo expolito, levigatoq; candido lapide porrecto, & vtrinque redacto, altius aſſurgit, & ſuperne vivas utriuſq; Henrici parentis quaſi recubantis imagines niveo marmore affabre effictas, ſpectantibus oſtendit. Latera ejus quoquo verſus exornant gentis inſignia, ita ſubtiliter inciſa & coloribus diſtincta, ut opus hoc ab artificioſiſsimo lithoglypho Praxitele, non à Cimbro elaboratum eſſe jurares. Sed ad epitaphium propero, quod vicino parieti immiſſum, iidem Henricus & Paulus fratres Ranzovii, patri ſuo cariſſimo hoc titulo collocavere.

Obiit 1565.

JOANNI RANZOVIO, nobili Holſato, equiti aurato, qui poſt ſuſceptum balthei militaris decus, & perluſtratas remotiſsimarum gentium provincias, quantum pacis belliq; artibus, omnibusq; corporis atq; animi eximiis bonis eniti potuit, id omne ſecundum pietatem in Deum,

uni

uni patriæ, ejusque laudatiſsimis principibus Friderico I. Chriſtiano III. & Friderico II. Danorum ex ordine Regibus, hujuſque patruis Joanni & Adolpho Holſatiæ ducibus impendit, feliciſsimo eventu, utpote ſummus cum imperio juſto dux, exortis ſubinde bellis deſtinatus, ſemper victor, qui præter copias deditasq; urbes atq; arces, profligatos ejectoſq; procul Cimbricis & Holſatis finibus hoſtes rebellium Dithmarſorum contuſam ac fractam armis contumaciam, octies patentibus in campis diverſis prœliis ſuperatas hoſtiles acies, vel ab ipſius iudulgentia, vel à fœda fuga vitam coegerit impetrare, illuſtri & fidei erga patriam, ejuſq; principes, & clementiæ erga victos gloria, quam ad fatalem maturæ ſenectutis horam, ſine fortunæ ludibrio perduxit, ſicq; domi ſuæ, ætatis veniam nactus, omnibus animi ſenſibus integris, in chariſsimæ conjugis, filiorum & nepotum complexu, æterno numini ſpiritum, à quo acceperat, firma in Chriſtum fide, & certa reſurrectionis ſpe confirmatus, reddidit, Henricus & Paulus filii, parenti amantiſs. mœrentes poſuere. Oppetiit Anno Domini M.D.LXV. die XII. Menſis Decemb. cum vixiſſet annos LXXIII. & menſem unum.

Annus obitus ejuſdem hoc diſticho continetur.

TeMpore qVo VeresVbIIt sVa fata Joannes
RanzoVIVs, VersVs Denotat eXIgVVs.

SUB EFFIGIE STRENVI HEROIS,
Joannis Ranzovii, Equitis aurati.

BEATUS EST, CUM LAUDE QVI PIUS CADIT.



Ranzovium celebrem bellis Heroa Joannem
Hic jubar Holſatiæ nobilitate, vides.

Militis

Militis aurati fuerat donatus honore,
Difficile ad Solymas quod ſuperavit iter:
Quod Syrus, Auſonius, Cres, Teuto, Britannus,
Laudarunt tanti Martia facta viri. (Iberus,
Bis quater edomito victor ſervatus ab hoſte,
Regibus & Ducibus juſta tropæa tulit.
Dania finitimis probat hoc regionibus, armis
Quas frenans juſſum ferre coegit onus.
Tres cinxit reges patrio Diademate ritu,
Pacis & obſervans & pietatis opes.
Poſt tres & ſeptē denas, menſem adjce, brumas,
Conjugis aſpectum, prolis & ante ruit.
Extra fortunæ vivens ludibria, cœli
In Chriſto moriens ſede beatus agit.

IN EFFIGIEM HENRICI RANZOvii, Herois Holſati, R.M. in Dania per Ducatus Holſatiæ, Sleſwicenſem & Dithmarſiæ Vicarii.

ARMIS, TOGA, PIOQVE FAMA QVÆRITUR.

HENRICI gaudes Herois imagine, Lector,
Qui de RANZOVIO ſanguine ducit avos.

Aſpice præſentem cataphracto corpore formam,
Quam tibi Dædaliæ præbet imago manus.



Hũc Pietas, Virtus, Mavors, Themis ornat, & (Artes,
Hunc ſua cum magno Dania rege colit.
Nam juvenis poſtquam Pietatis ſemina, mores,
Militiam coluit, jura, novemque Deas:
Divinum Chriſti regnum ſalvantis adultus
Virtutes, pacem, jura, ſcholaſque fovet.

Hinc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Hinc ſibi perpetuo victurus nomine famam
Re, cura, ſtudio, conſiliisque parat.
Qui vivax olim conaris vivere, tecum
Sint Pietas, Virtus, Mars, Themis, Aonides.
Quē Pietas, Virtus, Mavors, Themis ornat & (Artes,
Mortuus æterna laude ſuperſtes agit.

J. L. P. N.

JOANNIS RANZOVII EQVITIS aurati Genius ad Filios heredes.

Ornant patrem domus piique liberi.

Non opus eſt tumulum, titulum nō ponere, Nati,
Mî poſui vivens & tumulum & titulum.
Bredenberga ſolo tumulus, Bodtcampia monte,
Quas Stora, Biſſenus quas lacus ornat aquis.
Vos titulus rebus geſtis, virtutibus, arte,
Unde mihi multo nomen honore datur.
Qui tumulum vivens poſuit, titulumq; paravit,
Non opus huic tumulo, non opus eſt titulo.

Querela H. R. Fil. V. R. ad patrem.

Cum pluit, & Phœbus ſua lumina ſubtrahit or- (bi,
Quilibet intentus triſtibus eſſe ſolet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Mirum ergo ſi ſim triſtis, pater optime Jane,
Ecce pluo lacrymas, tu mihi Phœbus abes.

Pater de ſeipſo.

Hoc mea marmoreo ſunt condita membra ſepul-
Qui decus Holſatiæ nobilitatis eram. (chro,
Conſilio bonus & clarus victricibus armis,
Marte feros pepuli pacis amore frui.
Omnia non dicam, ſed & hoc te ſcire volebam,
In magno virtus corpore magna fuit.

Epitaphium ejuſdem.

Conſilio validiſq; potens Ranzovius armis,
Ille pater patriæ moriens hac conditur urna.
Scilicet hoc vivo nunquam ſe Cimbria vinci
Paſſa fuit, ſemper victrix ductore receſſit.

Joannes Pennibuttel,
J.V.D. & Senat.
Lub.

De armis ejuſdem Joan. Ranz.

Dum certatur, uter fratrum ſibi vendicet heres,
Aurea Ranzovius quæ tulit arma pater:
Mars,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Mars, Pallasque aderant: prior hæc: Poſt funus Achillis,
Ex armis quondam lis gravis orta fuit.
Hæc neque partiri fas eſt, non enſis ab haſta,
Non galea thorax diſſociandus erit.
Arma Thetis nato, nato Cytherea: ſed hæc tu
Belligero juveni belliger arma dabas.
Armorum cedit tibi jus, & plena poteſtas:
At mihi, quæ poſſim, munera ferre licet.
Ergo juncta ſimul, cui tu dabis, alter habebit:
Armandus dono Pallados alter erit.
Tum Mars arma humeris aptãs fulgentia Paulo,
Dixit, in his pugna, factaq; vince patris.
Pectus at Henrici propria tegit ægide Pallas,
Ac opus in magnis, hac tibi, dixit, erit.

IN EFFIGIEM JOAN. RANZOVII, Hendecaſyllabi Jo. Lauterbachii, P.L.

Quiſquis Ranzovium cupis Joannem,
Natum ſtemmate nobili, celebres
Inter nobilis Holſatos, juventa
Aurati meruit periculoſas
Qui dignos Equitis vias honores

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Abſolvens, Solymis ſub vrbe ſancta,
Geſtis noſcere rebus? Hunc imago



Præſens egregiis refert in armis;
Geſtarum pia laus in orbe rerum.
Hic regnis tribus enſe Chriſtiani
Duces ſtrenuus exuit ſecundi.
Hic compeſcuit urbium rebelles.
Teſtis Hafnia, teſtis eſt Lubeca,
Alburgum, Aſſenium, Fionia terra,
Et Schoningia, cum Jutis remotis,
Et Dithmarſia, victor hoſte fuſo
Ut portaverit octies triumphum.

Cum

CUm adhuc in vivis eſſet præclariſſimus & fortiſſimus heros Joannes Ranzovius, Eques auratus, in æde D. Jacobi, Lubecæ, non procul à ſuggeſto cathedram emit pro ſe, & heredib. ſuis, qui vicinæ columnæ hâc inſcriptionem gratitudinis ergo aureis literis marmori inciſam, Anno 1567. inſeri fecerunt.

Joanni RanZovio, Equiti aurato, aſſertori libertatis, *Obiit 1565.* *Danorum trium Regum à cõſiliis, eorumque duci bellorum ſummo, hoc loco rem divinam facere ſolito, uxor & filii mœſtiſsimi locavêre. Obiit, cum vixiſſet annos 73. Anno Chriſti 1565. die 12. Decembris.*

Conſecravit etjam Henricus R. Joannis filius, eidem nominatæ eccleſiæ candelabrum orichalceum & aliquam pecuniæ ſummam, ut in honorem patris perpetuo alatur ex hujus reditibus aliqua candela: idque conſenſu dominorum præſidum, D. Hieronymi Lunenborch Conſulis, & D. Joannis Kerckring Senatoris, quemadmodum patet ex libro redituũ hujus templi, folio 288.

Chilonii idem Joannes Ranzovius tam monaſterio, quam D. Jacobi templo, æneum candelabrum cũ 100. tetradrachmis, in uſum perpetuæ candelæ, dedicavit. Supra candelabrum hæc verba ſpectantur.

D. Joannes Ranzovius, Eques auratus, trium Regum Daniæ ſummus bellorum dux ac conſiliarius, hîc ſacras conciones audire ſolitus eſt. Occubuit Anno 1565. 12. Decemb.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

X. Hannoveræ.

HEros idem magnificus H. R. Hannoveræ conjugis ſuæ materteras tali monumento, parieti injuncto, cum lapide ſepulchrali, donavit.

Catharinæ & Joannæ Ramelia, Chriſtophori à Zemern, & Nicolai Freſen, relictis viduis, conjugis ſuæ Chriſtinæ ab Hallen materteris. H. R. R. M. Daniæ in ducatibus locum tenens, poſuit.

Hic ego Chriſtophori a Zemern cariſſima conjux,
Et mea poſt mortem eſt cara ſepulta ſoror.
Nil generis nobis præclari profuit ortus,
Nil pietas & opes, legitimusque torus.
Omnia mors aufert, diadema ligonibus æquans,
Omnia Parcarum tollit avara manus.
Diſce hinc quicunq; es, noſtrã qui præteris urnam,
Quid ſis, quid fueris, quid vé futurus eris.
Nil aliud mortalis homo eſt, quam labilis aura,
Pulvis, imago, vitrũ, flos, cinis, umbra, ſonus.
Nil aliud fragile hoc corpus, quã putre cadaver,
Et dira illuvies, congeries vé luti.
Nil aliud vita hæc, quam ſemita plena malorum,
Cumque dolore labor, cumque labore dolor.
At mors, æterna eſt requies, via certa ſalutis,
Et torrens vitæ, principiumque novæ.

Felix

Felix qui Domino, cum poſsit vivere, vivit,
Et Domino moritur, cum venit hora mori!

Lindebergius.

XI. In pago Weſtenſehe, hujuſmodi titulo epicedium oſtenditur.

Nobili viro DANIELI RANZOVIO, *Equiti Holſato, Domino caſtrorum Nienhoves, Trojeburgi & Woldenhorn, belli inter sereniſs. Danorum Regem Fridericum II. & Suecos, per ſeptennium geſti, ſummo duci & primario adminiſtratori, multarum pugnarum acerrimarum, cum Suecis manu prorſus impari commiſſarum, victori; in illorum regione viarum abſtruſarum, & antehac incognitarum inveſtigatori ac inventori, earundemq; urbium, pagorum & agrorum everſori ac depopulatori*: de Rege ac *regno Daniæ optime merito, gentili, cognato & amico ſuo cariſsimo, qui in obſidione arcis Warburgæ tormento ictus, moriendo vincens vitam viriliter profudit:* HENRICUS RANZOVIUS *D. Joannis filius, hoc non tam privati, quam totius Daniæ ac Holſatiæ luctus perpetuum monumentum mœrens non ſine lacrymis erexit. Exſtinctus eſt anno 1569. die 11. Novemb. Anno ætatis ſuæ quadrageſimo.* An. Chri. 1569.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Heu belli fato DANIEL *Ranzovius Heros*
Occidit, Holſatum gloria, fama, decus!



Bella gerens hoſtes vicit virtute, manuque
Forti, conſiliis, auxilioque Dei.
Ille ad cæleſtem vitam migravit, Achillem
Amiſſum deflet patria terra ſuum.

Paulus ab Eitzen, S.S. Theol. D.
& Epiſ. Sleſu. Superint.
Eidem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Eidem.

Mors retulit Marti, Parcas mox velle ſeveras
Rumpere ductori ſtamina Ranzovio:
Fataque mutari non poſſe. exarſerat ira
Belliger, &, volvens lumina torva, refert:
Non ea Parcarum fuerit nunc gloria, morti
Tradere Ranzovium: præveniam ipſe Deas.
Miſcuit in verbo, denſo ſimul aëra fumo,
Flamma micat, reboant littora, terra tremit:
Acta ſimul volitans inopino perculit ictu
Ferrea glans frontem, præcipitatque ducem.
Ranzovium ſtraviſſe ducem, non gloria mortis,
Non ea Parcarum eſt: gloria Martis erat.

Michaël Rheder. J.V.D.
& Decanus Hamb.

Eidem.

Nuper ut aſpexit DANIElis funera Pallas,
Martiaque ereptum caſtra dolere ducem:
Ingemuit, tremulaq; manu Dea concutit haſtam,
Et trucis indignans Martis ad ora refert:
Eſſe mihi poterunt quæ Mars commercia tecum?
Ecce tuo cecidit crimine noſter amor.

Quid tibi conſilii contempta Pallade reſtat?
Sunt equidem ingenio bella gerenda meo.
Exilio tibi robur erit, mea cura ſaluti,
Niſapis, evertet teque tuosque furor.
Sic ait, & gelidis Pallas dedit oſcula malis,
Et ſuper effuſis buſta rigat lacrymis.

Henningus Conradinus.

XII. Lubecæ.

In templo Cathedrali epitaphium ſequens, in hunc modum lapideo monumento inciſum, videtur.

Obiit 1572. *Henricus Ranzovius, Nobilis Holſatus, D. Joannis F. Regis Daniæ, tam utriuſq; Ducatus Sleſuicenſis & Holſatiæ, quam Dithmarſorum Gubernator & loci tenens, Theodorico Ranzovio, ſummæ ſpei, optimæque & generoſæ indolis, vix dum pubeſcenti filio ſuo dulciſsimo, præpropera immaturaque morte ſibi erepto; nec non Nicolao Ranzovio, ejuſque uxori Luciæ, à quibus hic Theodoricus educatus eſt, in memoriam & certam futuræ reſurrectionis ſpem ſtatuit. Obdormivit Lubecæ, Anno 1572. die 27. Junii. Ætatis ſuæ 11.*

Pater ad filium.

Hæc tibi, Nate, mei capias monumenta doloris,
Et ſimul has lacrymas, ultima dona patris.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Qui clarum referens ſpecimen virtutis avitæ
Ranzovidum poteras condecorare genus.
Qui caræ matris requies, patriæque ſenectæ
Solamen quondam dulce futurus eras.
Sed, Theodore, jaces, & quæ mihi ſolvere fili
Debueras merito, nunc tibi juſta petis.
Et deſiderium patri mihi triſte relinquis,
Quem ſacra debueras ad monumenta ſequi.
Biſſena heu primus genialis pignora lecti
Imminuis: vivant turba relicta precor.
Una tamen ſpes eſt, quod Chriſti morte reſurges,
Non expectata qui modo morte cadis.
Ergo vale fili, nos lux æterna piorum
Suſcipiat, jungat, perpetuoque regat.

Filius ad patrem.

Deſine, care pater, mea funera plangere fletu,
Et lacrymas tandem comprime, care pater.
Nos modo præpropera diſjunctos morte, viciſſim
Junget in æthereo vita beata polo.

Diſtichon continens anni obitum.

HIC De Ranzoa TheoDorVs ſtIrpe, LVbeCæ
ContegIt oſſa LapIs, ſpIrItVs aſtra CoLIt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Ad Theodoricum.

Qui patris in claras potuiſti creſcere laudes,
Et meritum fratres inter habere decus:
Te DEUS è mundi rapuit Theodore tumultu,
Dum tener, & vita ſimplice purus eras.
Ne mala, ne fraudes, faſtum, luxumq; videres;
Sæpe quibus magni deperiere viri.
Non tu triſtitiam, non ullas pectore curas
Senſiſti, cæli dum petis aſtra puer.
Alta ſed æternam tibi ſufficit aula quietem:
I u neque, ſi poſſis, huc remeare velis.

Henningus Conradinus.

Theodoricus ad Lectorem.

Tu quod es, ipſe fui; quid nunc ſim, cernere promptum eſt:
Omne ſed id quod ſum, tu quoq;, Lector, eris.
Vixi, non vivo: imo Chriſti ſanguine vivo,
Dum fidi vivus ſalvificante fide.
Enthea pars cælo ceſſit, pars oſſea terræ,
Ne, qualis fuerim, quære; futurus eram.
Si tamen acceſſit tibi tanta cupido ſciendi,
Dicam; ætate puer, mente ſagace ſenex.

Lindebergius.

XIII. Itze-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

XIII. Itzehoæ.

Pauli Ranzovii urnę hoc elogium inſculptum conſpicitur.



PAULUS RANZOVIUS, Joannis filius, in viridi ætate, apud Philippum Landtgravium Haßiæ educatus, poſtea Alberti primi, ducis Prußiæ cubicularius factus, deinde cum Duce Adolpho, ad Caroli V. aulam ſe contulit, ac deinceps Metenſi obſidioni Signifer adfuit. Cum eo- *Obiit 1579.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

dem duce Adolpho primum ad bellum Dithmarſicum, deinde ad expugnationem Gothanam profectus, denique cum dux Albanus, Adolphum Regis Hiſpaniarum nomine, ad ſocietatem belli cum bis mille equitibus evocaret, ejus militiæ Legatus factus eſt: qua finita expeditione, domum rediens, diuturno morbo correptus, in complexu matris, uxoris ac fratris, firma in Deum fide, ac glorioſæ reſurrectionis ſpe certiſsima, vitam cum morte commutavit, Anno 1579. Cal. April. cum vixiſſet annos 51. menſes 5. dies 6.

Henricus ad fratrem.

Paule, meæ vitæ pars altera & unica, frater,
Aſtra petis cæli, meque relinquis humo?
Sic Domino viſum, cujus data munere vita eſt,
Cum placet, hanc donat, cum placet, ille rapit.
Nec mihi tam magnũ, quamvis ſit acerba, dolorem
Mors parit, ereptus ſis licet ante diem;
Quam lætor mundi te caſibus eſſe futuris
Præreptum, & cælo, lætitiaque frui.

Ad eundem.

Quod poſuit fratri monumẽtum frater adempto,
Id luctus ſignum, & pignus amoris erit.
Quod fratri ereptus fueras, fortaſſe ferendum eſt.
Quod patriæ eriperis, Paule diſerte, grave eſt.

Sed

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Sed quod mens coluit virtutem, gloria certe eſt:
Quod Chriſto nixa eſt, eſt tibi facta ſalus.

Joannes Major Doct. & Poëta Laur.

ALIUD.

Paulus in hoc tumulo juxta patris oſſa quieſcit
Ranzovius, priſcæ nobilitatis Eques.
Qui clarum egregia referens virtute parentem,
Pacis erat præſtans, militiæque decus.
Luſtra ſui jam nunc bis quinque peregerat ævi,
Ut prius extremum clauſit in orbe diem.
Unica languenti morbo fuit anchora Chriſtus,
Vecta polo mens eſt, tradita membra ſolo.

Henningus Conradinus.

NOn procul ab hujus Pauli dicto ſepulchro, monumentum eſt Comitum Holſatorum & Schowenburgenſium, cui hæc præter alia inſcripta ſunt.

Monumentum hoc Comitum Holſatiæ & Schowenburgenſium, vetuſtate collapſum, H. R. cum fratrem Paulum ſepeliret, Anno 1579. refecit.

Paucis, poſt obitum patris, diebus elapſis, etjam ex hac miſeriarum valle deceſſit nobiliſſima virgo METTA, Pauli filia, ac una cum patre defuncta eſt, in cujus memoriam hæ exſtant næniæ. *Obiit 1579.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Edita Ranzovidum celebri de ſtemmate virgo,
Cum patre ſub gelido marmore Metta jacet.
Dum parat exſequias conjux mœſtiſſima Paulo,
Mox etjam celeri filia morte cadit:
Filia ſpes matris: duplicat mors morte dolorem,
Dum turbat gemino funere Parca domum.
Amborum exuvias dulces, natæ atque mariti,
Huic dat cum lacrymis mater & uxor humo.
Certa tamen cælo vitam præſtare perennem,
Optat utrumque polo, mœſta Beata ſequi.
Una dies tumulo pariter, natamque patremque
Intulit, e tumulo reddet & una dies.

ALIUD.

Ver erat: ætatis cum vere ſequuta parentem,
Sub dura poſuit frigida mole pedem;
Metta puellarum decorans, ceu ſtella, cohortem,
Et comites ibant, forma, pudorque ſimul:
Cum per odoriferos, ſub vere, incederet hortos;
Carperet & violas, purpureasque roſas.
Ver erit; æterno cum vere ſequuta parentem,
Siderea felix ponet in arce pedem.
Claraque fulgebit cœtu, ceu ſtella, beato,
Virgineos inter, Metta recepta, choros.

Conſpi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Conſpicietque Deum, dabiturq; corona capillis,
Nobilior violis, purpureisque roſis.

Henningus Conradinus.

XIV. In opido Odenſee.

Ad tumbam Gerhardi Ranzovii hæc ſequentia æri deaurato inciſa monſtrantur:

GERHARDO RANZOVIO, Pauli filio; Joannis nepoti, qui cum in hoc opido Odenſehe, à Rege Daniæ Friderico II. Ducatus Sleſuicenſis principibus Holſatiæ, Joanni & Adolpho, in feudum concederetur, ſingulari certamine commiſſo, cum alio nobili Holſato, quem rurſus graviter vulneravit, enſe trajectus, ac hic præſente Rege, ac Ducibus, nec non Proceribus Daniæ ac Holſatiæ, ſepulturæ honorifice mãdatus ab Henrico Ranzovio patruo: Beata mater, quæ maritum, filiam, & jam hunc filium natu majorem fere ſpatio unius anni amiſit, mœrens non ſine luctu, dolore ac lacrymis, collocavit. Diſceſſit anno Domini 1580. die 19. Maii, Ætatis 26. Obiit 1580.

Hoc ſitus eſt tumulo GERHARDUS nomine Ran-
Magnanimo Paulo qui patre natus erat. (Zow,
Cimbria quem genuit, rapuit Fionia, quinque
Dum numerat vitæ luſtra peracta ſuæ.
Italiæ fuit hic juvenis verſatus in oris,
Nec minus huic etjam Gallia nota fuit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Æquaturus erat ſimili virtute parentem,
Ni fera rupiſſet ſtamina Parca manu.
Hujus ob interitum planxit Rex Danicus, atq;
Non minus Holſati condoluêre Duces,
Quod ſic ante diem miſerando flebilis ictu,
Dum nimis audacter dimicat, enſe cadit.
Diſcite non temere juvenes confligere dextra,
Mortem pro ludo Mars quia dirus habet.

Henricus Ranzovius patruus.

ALIUD.

Flos cadit, auroræ modo qui fulgebat ad ortum,
Præterit exſiliens fornice rivus aquæ.
Imbre tumet gravido, ſed mox vaga bulla reſidit.
Frangitur & leviter ſplendida maſſa vitri.
Dulcis abit ſubito languenti pectore ſomnus,
Excita cum ſtudio eſt mens generoſa ſuo.
Umbra velut ſpeculo levis evaneſcit imago,
Avolat in ventos miſſus ab ore ſonus:
His citius cadit omnis homo, licet omnia fluxa,
Flos, aqua, bulla, vitrũ, ſomnus, imago, ſonus.
Quod ſubita præſens teſtatur morte Gerhardus,
Flos juvenum, patriæ ſpes nova, dulce decus.

Henningus Conradinus.

ALIUD.

ALIUD.

Dum nimis audacter conſerta dimico dextra,
Ah miſerum, ante diem funeris, enſe cado.
Sic fuit in fatis, ut tali morte perirem,
Quis ſcit victorem qualia fata manent?
Pœna DEI *lenta eſt vindictaq; lenta ſupremi,*
Craſtina non abiit, non hodierna, dies.
Diſce meo exemplo, quicunq; es, candide Lector,
Cum ſocio haud temere conſeruiſſe manum.
In dubio Mars eſt, ſed mors certiſſima ſemper,
Nunc hunc, nũc alium, funere dura premens.

Lindebergius.

EOdem anno 1580. Sept. 9. Cajus Ranzovius, agens ætatis 14. Dreſdæ, in aula Electoris Saxoniæ Auguſti, (cui à patruo Henrico Ranzovio, Paulo patre mortuo, traditus) febri correptus, & in vera agnitione Dei vita defunctus eſt, & electoris juſſu ibidem ſepulturæ traditus. Hujus exſequiale carmen tale eſt: *Obiit 1580.*

Quid querar, aut plangam? nunquã mihi cauſſa querelæ,
Dum miſer hoc triſti verſor in orbe, deeſt.
Vix meus eſt frater cum gnata conditus urna,
Cum natu major filius enſe perit.

Ecce iterum gnatũ mors ſuſtulit atra ſecundum,
Fraternæ ſoboli mors inimica nimis.
Enſifer hunc princeps celebri ſuſceperat aula,
Diſceret ut juvenis fortia facta ſequi.
Diis aliter viſum: viridi ſub flore juventæ
Interit, ac Dreſdæ contumulatur humo.

ALIUD.

Eſt homo flos agri, volucrique ſimillimus umbræ,
Aufugit, & ſi quem credimus eſſe, fuit.
Mors homini certa eſt, nihil eſt incertius hora,
Qua nos ſub leges avocat illa ſuas.
Si non eſt igitur jus evitabile mortis,
Tum vacat a lethi conditione nihil.

Henricus Huſanus,
J. V. D.

XV. Itzehoæ.

NOn longe à ſepulchreto Ranzoviorum ad columnam, hanc parentationem matri ſuæ cariſſimæ H. R. ſtatui fecit.

Obiit 1582. *Anno à nato Chriſto 1582. 4. Cal. Jan. obiit nobilis & pia matrona ANNA Walſtorpia, Joannis Ranzovii conjux, poſt obitum mariti 16. anno, ætatis vero ſuæ anno 72.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

no 72. cum vidiſſet filios filiorumque eorum liberos, nepotes, ac pronepotes numero 48. quos omnes non minus, quam ſemetipſum moriens Deo commendavit. Hanc H.R. primogenitus ejus filius, in hoc templo ſepulturæ mandari, corpusq; ejus cum mariti ac liberorum oſsibus conjungi, nec non mœrens hoc monumentum ejus memoriæ locari curavit.

Defuncta loquitur.

Ultima Walſtorpûm proles hîc Anna quieſco,
Juncta viro, gnato, filiolæq; ſenex.
Jano Ranzovio nupſi dilecta marito,
Bis duo cui genui pignora cara tori.
Ex his progenitos cum neptibus adde nepotes,
Nempe quater denos & dedit octo Deus.

Hen. filius matri.

Ergo etjam repetis patriam, cariſsima mater,
Et moriens triſti linquis in orbe tuos!
Quod tamē extremum licuit valedicere ſaltem,
Hoc potuit certe gratius eſſe nihil.
Nunc tua mēbra licet tumulo claudātur avito,
Mens tamen ætherea ſede recepta viget.
Conditus hic etjam pater eſt, fraterq́; ſororque,
His etjam jungi poſt mea fata peto.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Molliter oſſa cubent fratris, patris, atq; ſororis,
Nec minus & matris molliter oſſa cubent.

XVI. Heidelbergæ.

HEnricus Ranzovius pater, erecto monumẽto marmoreo, ad columnam ſacræ ædis Divi Petri in cœmiterio, his threnodiis filium natu minorem lamentatur.

Siſte gradum quiſquis tranſis hac forte viator,
Ut diſcas mortis triſtia fata meæ.

Obiit 1582. *Ego Joannes Ranzovius infelix puer, Henrici Ranzovii filius, in hanc urbem literarum gratia cum Ducib. Holſatiæ D. Friderico & Philippo miſſus, peſte correptus, & paulo poſt in vera invocatione Dei, Anno 1582. Octob. 17. mortuus, ac ſine ceremoniis veſpere, eodem die hîc ſepulturæ datus, & ſic humana ope deſtitutus, à Deo autem ex hac mortali vita, ad perpetuam immortalitatem evocatus, in patriam cæleſtem locatus, & à parente triſtiſsimo hoc monumento donatus, reſurrectionem mortuorum, & reparationem omnium rerum exſpecto.*

Durum eſt extra patriam mori.

Hic ego Ranzoa prognatus ſtirpe Joannes,
Mortuus humana conditione cubo.

Cimbria

Cimbria me genuit, ſed non poſt fata recepit,
Sicque peregrina ſum tumulatus humo.
Hanc me pertraxit ſtudiorum fervor ad urbem,
Principibusque comes, nobilibusque fui.
His licuit cunctis ad patria rura reverti,
Unum me reducem noluit eſſe Deus.
Sed bene: mens etenim cæleſti ſede recepta,
Viſitat æternæ docta Lycea ſcholæ.
Corpus humus tegit exanimum, dũ ſuſcitet illud
Extremi Chriſtus tempore judicii.

Annus obitus 1582. continetur hoc diſticho.

HIC sIta RanzoVI sVnt oſſa teneLLa IoannIs,
Mens eſt CæLeſtIs pars qVotaCVnqVe ChorI.

XVII. Itzehoæ.

IDem Henricus Ranzovius filio ſuo Joanni, Heidelbergæ defuncto & ſepulto, cenotaphium hujuſmodi inſcriptionis conſtituit.

Henricus Ranzovius, Friderici II. Regis Daniæ Conſiliarius, tam utriuſq; ducatus Sleſuicenſis & Holſatiæ, quã Dithmarſorum Gubernator, Joanni Ranzovio, filio ſuo infelici, natu minimo, qui candore animi, religione in Deum, pietate erga parentes, caritate in fratres, ſororesque in-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

ſigni fuit. Heidelbergæ, dum literis operam navaret, ac principib. Holſatiæ D.D. Friderico & Philippo adeſſet, in ipſo ætatis flore, peſte exſtincto, in memoriam ejus, ac futuræ immortalitatis ſpem, hunc tumulum honorarium, apud conditorium majorum, à ſe, ſibi ac poſteris etjam deſtinatum, mœrens dolensq; FF.

Cum mihi caneſcens tumbam, tumulumq; paraſſem,
Quo, tu nate, meos contegeres cineres;
Sunt ubi compoſiti poſt acta tempora vitæ,
Cum patre germanus, cum genitore ſoror:
Tu quoq; dicebam, ſimul hic ô nate, quieſces,
Cum tibi ſupremum finiet hora diem.
Obſtitit hei fati vis, ac immobilis ordo,
Te procul a patria ſurripuitq; tua.
Sic prius exſequias tibi ſum præſtare coactus,
Qui me debueras ad mea buſta ſequi.
Hæc tibi ſint igitur luctus monumenta paterni,
Hæc patrimonii ſint tibi, nate, loco.
Et quoniam tranſacta meæ pars optima vitæ,
Spero mihi ſummum non procul eſſe diem;
Spiritibus noſtris quo conjungemur, & una
Vivemus faciem jugiter ante Dei.

Obiit 1586. ADſcribo hic Illuſtris & generoſiſsimi viri Eberhardi ab HOLLen, Epiſcopi Lubecenſis & Verdenſis, Abbatis

Abbatis Lunæburgenſis, & Henrici Ranzovii affinis, epitaphium. Qui morte occubuit Lunæburgi, Anno 1586. Jul. 5.

Præſulis illuſtri effulgens EBERhardus honore,
HOLLIAdes gentis gloria ſumma ſuæ.
Paſtorale pedum Verdam ſuper atq; Lubecam
Tendit, & Abbatis pallia lata tulit.
Nunc jacet in tenui crypta virtute ſuperſtes
Inclita, & in cœlo mens agit ante Deum.

Diſtichon continens annum, menſem, diem, & locum mortis.

QVInCtILIs qVInta tres LVCe CaDente per horas,
HIC LVnæbVrgæ ſancte EberharDVs obIt.

XVIII. In vico Kliploe.

IN æde parochiali Alefeldiorum ſepulta eſt CATHARINA H.R. filia, cujus conditorium hujuſmodi inſcriptione exornatur.

Henricus Ranzovius, D. Joannis filius, &c. filiæ ſuæ dulciſſimæ, Catharinæ, uxori Friderici ab Alefelt, domini in Seſtermuhe, præpropera immaturaque morte ſibi ademptæ, in memoriam & certam reſurrectionis futuræ ſpem mærens dolensque poſuit. Animam efflavit Anno 1587. Maii 26.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Nobilis hoc vili tegitur Catharina ſepulchro,
Quæ de Ranzoio ſanguine nata fuit.
Duxerat uxorem ſibi quam Fridericus ab Alſelt,
Cui ſubito caſu mortis adempta perit.
Si cupis ætatis viridem cognoſcere florem,
Adde annis vitæ bis duo luſtra tribus.
Non tamen hæc obiit ſterilis, ſed trina reliquit
Conjugii mœſto pignora grata viro.
Hæc monumenta ſuæ gnatæ poſt fata ſuperſtes,
Parva ſacra poni fecit in æde parens.
Ut non exiguum liquido teſtentur amorem,
Atque exſtent luctus triſtia ſigna ſui.

XIX. Itzehoæ.

EAndem filiam Catharinam, in D. Laurentii fano, pater H. R. hoc epitaphio honorario & elogio donavit.

Obiit 1587. *Catharinæ Ranzoviæ filiæ, Friderici Aleſeldii uxori, poſt unius diei morbum, ſubitæ mortis caſu abreptæ, cum vixiſſet annos 23. menſes 5. dies 13. horas 4. Henricus Ranzovius, Vicarius Regius & Satrapa Segebergenſis, ac Chriſtina ab Halle, parentes, præpoſtero naturæ ordine, in ſenio ſuperſtites relicti, inſperatum hoc memoriæ ſacrum ſtatuerunt.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Henricus Ranzo, Daniæ qui nomine Regis
Holſatiam magna proſperitate regit;
Ipſius & conjux Halleæ gloria ſtirpis,
Gratum quæ Chriſti nomine nomen habet;
Ambo dedêre ſuæ monumentum hoc nobile natæ,
Cum rigidæ mortis falce reſecta fuit.
Hæc Catharina fuit, Friderici nupta Alefeldi,
Quæ tulit hanc ipſi, mors inopina fuit.
Tres & viginti vitæ tranſegerat annos,
Menſes præterea quinque, dieſque decem.
Tres dictis ſuperadde dies cum quatuor horis,
Præpropera, dices, morte ſoluta jacet.
O inſperatum monumentum hoc ordine prolis
Turbato, mœſti quod poſuere ſenes!

Defuncta alloquitur patrem.

Care parens, noli nimis indulgere dolori,
Quod me fata cito ſurripuere tibi.
Juſta quidem, quod ſum proles jam tertia, morte
Quæ rapitur ſubita, cauſſa doloris adeſt.
At tibi ſubveniat rurſus, quod cara relinquo,
Quæ minuant luctum, pignora trina tibi:
Hæc fidei committo tuæ, carique mariti,
Vobiſcumque opto ſalva manere diu.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Ipſa ego non cupio vitam revocare priorem,
Nam fuit hæc multis obruta ſæpe malis.
Quorum nunc expers, cum ſanctis gaudia cæli
Percipiens vita proſperiore fruor.
Ergo flere licet, non indulgere dolori,
Flebile nam funus, nobile fœnus habet.
Hanc pater, hanc genitrix, hanc te dulciſsime cō-
Hanc vos filioli, ſpem recreare volo. (jux,
Id, ſi cara fui, date mî, pariterq; rogate,
Vt mea, dum ſurgam, molliter oſſa cubent.
Interea tu care parens, materq; valete,
Cumq; tribus natis, care marite, vale.

XX. In opidulo Galliæ.

Collevure apud Bituriges ſepultus eſt FRIDERICUS RANZOVIUS, tali epitaphio Lutetiæ Pariſiorum facto.

Obiit 1587. *FRIDERICUS RANZOVIUS Holſatus, patre natus nobiliſsimo & ampliſsimo viro, HENRICO RANZOVIO, Sereniſsimi Daniæ Regis Conſiliario, & in Holſatia Legato, Domino hereditario in Bredenberg & Drakenburg,*

Patris nempe fortiſsimi genuina virtute filius,
Familiæ columen, patriæ lumen,
Equitum ſub Comite Baſſonpierro Magiſter,

Dum



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Dum ſecunda Chriſtianiſſimo Regi Galliarum
Stipendia meret, & fugatis hoſtibus, rariori
Comitatu, caſtris longius abſcedit,
Naturæ debitum, latronum ſceleri perſolvit,
Et mortalis corporis mortales exuvias
cum ſtola cæleſti commutavit.
Eas per Magiſtratum horum locorum honorifice
collectas,
Et poſtea a nobiliſſimo viro Andrea Pleſſio
cognato cognitas,
Mœrentes amici huic tumulo mandavêre,

Patria procul, patre procul,
Procul ſepulchris paternis.
An hoc ille infelicior?
Non eſt, non eſt, viator.

Cur?

Fortibus & piis omne ſolum
Ut patria eſt, ita ſepulchrum.
Et hoc ſi didiciſti,
Viator, abi.

ALIUD.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

ALIUD.

Quod decuit gnatum caro præſtare parenti,
Præſtitit hoc gnato morte jubente pater.

Eidem.

Nobilis Holſati Friderici nomine Ranzow,
Oſſa ſub hoc vili marmore tecta jacent.
Spes patriæ, columen gentis, dum fata ſinebant,
Exemplumque Equitum nobile ſemper erat.
Flore ſed ætatis globulis trajectus in ipſo,
Dum ſequitur fortis Gallica caſtra, perit.
Et ſic militiæ terreſtris ſigna relinquens,
Jam ſequitur ſummi cœlica caſtra Dei.

Chriſtophorus Sylvius.

XXI. Itzehoæ.

UTi reliquis pie defunctis filiis, H. R. pater, diverſis in locis Epitaphia erexit, ita etjam huic filio, in Gallia humato, in D. Laurentii eccleſia Itzehoenſi hoc cenotaphium deſtinavit.

FRIDERICO RANZOVIO, Henrici filio, Archidiacono & Canonico Sleſuicenſi, in teneris annis in aula Electoris Auguſti educato, Latinæ linguæ non ignaro, qui, cũ quinq; expeditionibus interfuiſſet,

primum Colonienſi apud Joannem Caſimirum Palatinum, anno 83. Secundo Livonienſi verſus Oſel & Arnſburgum, cum regio Danico Admiralio, anno 84. Tertio cum Erneſto de Mandelſchlo in Gallia, anno 85. Quarto vero in Belgio, anno 86. ubi unius turmæ equitum ductor fuit. Ac tandem in Gallia anno 87. Regis Galliæ Henrici III. partes ſecutus, non procul à Chaumperaulx à ſicariis globo aliquoties ex inſidiis trajectus periiſſet, † Henricus parens, qui Catharina filia, * & Catharina, ex filia Oligarda, nepte, † & tandem filio natu tertio Friderico in Gallia: nec non duobus fratris ſui Pauli filiis, Joanne * in Polonia, & Daniele † etjam in Gallia, ſpatio unius anni orbatus eſt, ſenex juveni, mutato naturæ ordine, ſummo animi dolore affectus, inſperatum, minimeque opinatum hoc monumentum ſacravit.

† Obiit A. C. 87. 29. Novemb.

** Ob. An. 87. 26. Maii.*

† Ob. An. 88. 10. Jan.

** Ob. An. 88. 23. Jan.*

† Ob. A. C 87. 24. Novemb.

Non laudes æquare, ſed exſuperare parentum,
Vincereq; haud vinci, mens mihi firma ſtetit.
Diis aliter viſum, qui Mortem Marte propinãt,
Laudem per fraudem, vivere perq; necem.
Nil moror, ignivomi pereo quod fulmine teli:
Hoc queror, hoc doleo, clã quod ab hoſte necor.
Sic eſt: ſæpe malum peregre comitatur euntes,
Ac ibi mors præſto eſt, longe ubi abeſſe putas.

Lindebergius.

Parens

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Parens filio.

Diſpenſante Deo, quæ fiunt, omnia fiunt,
Hic bene agit, quod agit, ſeu grave, ſeu leve ſit.
Hic mihi te natum dedit, hic te rurſus ademit,
Patre dolente procul, matre gemente procul.
Et procul a patria terra, noſtrisque ſepulchris,
Quæ mihi jamdudum, condideramq; tibi.
Sed bene habet; Patria omne ſolum, & veriſsima cælum,
In quo te vivum, Nate, videbo iterum.
Cum mihi te reddet, qui te mihi ademit Jeſus,
Et veniet ſummo turbine ſumma dies.
Interea has lacrymas, & quæ tibi juſta parento
Nolens atque volens, ſigna doloris, habe.
Vin mage? nolo pater. Qui fili? Fata recuſant.
Nec libet. Ah liceat! non licet. Ergo vale.

COPIA

Literarum ſereniſſimi Regis Danorum Friderici II. ad H. R. in quibus ipſum conſolatur de obitu filii, ſub dato Anderſchow 30. Martii, anno *88.* Rex autem ipſe 4. Aprilis eodem anno, 5. die poſt datas literas, placidè fato conceſſit.

FRIDERICUS *Dei gratia, Rex Daniæ, &c. Nobilis præclare, ſincereque nobis dilecte: Filium tuum Fride-*

ricum in Gallia periiſſe non ſine animi perturbatione audivimus. Si Deo ita viſum fuiſſet, ſane diuturniorem vitam ex animo ipſi optâſſemus. Cum autem hujuſmodi caſus immutari nequeant, Deo opt. max. qui unicuique certum vitæ terminum præfixit, liberam de his diſponendi poteſtatem æquo animo permittere tenemur. Commiſeratione tamen regia ac pia ob hunc triſtem caſum afficimur, teque, ſincere nobis dilecte, benevolentia regia proſequentes Deo immortali commendamus. Datum Anderſchovii 30. Martii, Anno 1588.

FRIDERICH.

CUm Daniel Ranzovius, Petri Ranzovii heredis in Arenſborch, Woldenhorn & Trojenburg, R. M. Conſiliarii filius, Patavii, ubi ſtudiorum gratia cõmorabatur, præterito anno fato conceſſerit, atque inde avito, quod habent in Holſatia, monumento illatus ſit, placuit ejus quoque hic mentionem facere, &, quibus Henricus noſter eum deflet, elegos annectere, donec ei à parente dignum erigatur ſepulchrum.

Obiit A. C. 1590. 11. Febr.

Siccine mi DANIEL cari ſpes unica patris,
Siccine vitali lumine caſſus ades?
Te pater heredem ſe linquere velle putabat,
Artibus excultum moribus atque bonis.

At

At tu triſte redis, redis hei miſerabile funus,
Ut munus poſcas exſequiale patrem.
Quod poſcis, dabitur, tumulo conderis avito,
Exſequiis nec tu deſtituere piis.
Sic placuit Domino, qui mens eſt edita nullo
Principio, complens omnia, fine carens.

Henricus Ranzovius.

Aliud ejuſdem.

Ad Petrum Ranzovium.

Sic eſt Ranzovi: non eſt, qui ſpicula mortis
Inter mortales effugitare queat:
Hæc quia proſternunt pariter juvenesq; ſenesque,
Nec quenquam tutum, proh dolor, eſſe ſinunt.
Filius exemplo tuus, ô cariſſime Petre,
Eſt, patrui nomen cui Danielis erat.
Hic firmus, nec non juvenilibus integer annis,
Deſeruit patriæ dulcia rura ſuæ.
Certus adire viros doctrinæ laude celebres,
Qui doctrinarum ſemina grata docent?
Italiam venit, ne quiſquam diceret ipſum
Natali tantum delituiſſe ſolo.
Et quia Muſarum ſtudiis nunc Padua floret,
Subſtitit hic, ſtudiis mox operamque dedit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Diſcendi cupidus dum docta Lycea frequentat,
  Approperat tacito mors inopina pede.
Inque pium juvenem lethalia ſpicula torquet,
  Ictus obit ſummum protinus ille diem.
Sic quem ſperabas reducem cariſſime Petre,
  Artibus excultum moribus atque bonis,
Nunc tibi triſte redit, redit heu miſerabile funus,
  Poſcit & exſequias, te miſerande parens.
Eſt aliquid tumulo ſi quis condatur avito,
  Patria ſit quamvis fortibus omne ſolum.
Indolui fateor, cum nuncia fama veniret,
  Diceret ac nati funus adeſſe tui.
Nam facilis certe mihi conjectura dabatur,
  Te in vita paſſum triſtius eſſe nihil.
Sic fuit in fatis: fortuna viriliter ergo,
  Siſte precor lacrymas, iſta ferenda tibi.
Me ſpecta, qui ſum (mala ſunt tibi cognita noſtra)
  Non ſemel elapſo tempore paſſus idem.
Exemploque meo tu nunc moderare dolori:
  Nil prorſus dolor hic utilitatis habet.
Nam, quem nunc luges, ad gaudia vera reſurget
  Natus, in adventu Chriſte benigne tuo.

AD

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

AD EUNDEM PETRUM RANZOvium, virum ſtrenuum & magnificum, defuncti patrem,

Elegia Petri Lindebergii.

Quod Deus imponit molle eſt, quod judicat æquum eſt,
Quod ſtatuit juſtum eſt, quod facit omne bonum eſt.
Suſpenſis igitur lacrymis, poſitoque dolore,
Ranzoviæ gentis nobile, PETRE, jubar,
Deflere æternum DANIELEM deſine natum,
Illam illam cordis ſpemque decusque tui.
Nil ſurdo prodeſt tumulo cumulus lacrymarum,
Infectum, factum, reddere nemo poteſt.
Eſt fateor curarum cura, dolorq́; dolorum,
Mœror mœrorum, ſollicitudo gravis,
Amiſiſſe unum ſenii ſolamen, & unum
Delicium vitæ, deliciumque animæ.
Patre procul, patriaq́; procul, cũctisq́; propinquis,
Longe hinc diſtanti, morte jubente, loco.
Sed ſolamen erit, quod Chriſti carne reſurget,
Natumque exanimem patria terra tegat.
Non Latium, non urbs Patavini Antenoris, illic
Quanquam præpropero funere merſus obit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Extera dum viſit juvenis, peregrinaque regna,
Et ſtudiis inhiat non ſine laude bonis.
Sic Domino placuit, qui patrem pignore donat,
Et lubitu & libitu, cum cupit illa rapit:
Qui ſolum ſolus quid nobis utile cernit,
Solus & arbitrio perficit omne ſuo.
Jamque tuum gnatum cæleſti ſede recepit,
Viſeret æternæ ut docta Lycea Scholæ.
Quare cum lacrymæ nihil, aut ſuſpiria proſint,
Petre, tui affectus contrahe vela pii:
Gentilisque tui exemplo, moderare dolori,
Qui placida novit talia mente pati.
Mors quemcunq; manet, fato ſunt ſubdita cuncta,
Mors eadem nobis eſt adeunda brevi.
En rapimur, ſenſim morimur, mutamur in horas:
Vita fugit, tempus labitur, hora volat.
Omnia tranſibunt, & nos tranſibimus omnes:
Qui Chriſto novit fidere, vivet homo.

Ejuſdem Petri Lindebergii Elegia alia ad eundem.

Quid magis eſt auro gratũ? valetudo. Quid illa?
Pax. Quid & hac? Soboles. Quid ſobole? ah nihil eſt.

Non

Non igitur mirum, quod gnati, nobilis Heros,
Deflendi defles triſtia fata tui.
Sed ſtatuas aliquando modum, finemque dolori;
Cum juſto fuerint hæc ita viſa Deo.
Siſte tuas lacrymas, mortalis vivere ſors eſt,
Et rurſum, fato non remorante, mori.
Dũ nos hic edimus, bibimus, dormimus, abimus,
Annum nemo poteſt addere, nemo diem.
Omnes ſub fati firmata lege tenemur,
Exitus in dubio eſt, hora, locusque necis:
Naſcimur hic fletu, fletu traducimus ævum,
Et noſtrum in terris eſſe, fuiſſe parum eſt.
Felix qui vivit ſic, demum ut vivere poſſit,
Et fama exoritur præpete, cum moritur.
Ille tuus gnatus, gnatus tuus unicus, illud
Dimidium cordis, Petre *diſerte, tui,*
Traditus eſt terræ, quia nil niſi terrea maſſa eſt,
Cumq; homo fictus humo, nũc quoq; fixus humi.
Corpore ſed tantum, non fama & mente ſagaci,
Mens generoſa polo eſt, membra caduca ſolo.
Atq; ita quem dederat curſum Fortuna peregit,
Supremumque pie clauſit in orbe diem:
Quiſquis es, in terris dum vivis, vivere diſce,
Utque Deo vivas poſtmodo, diſce mori.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Recitatis obiter Danielis Ranzovii Patavii demortui epitaphiis, facere non potui, quin & Caii Ranzovii, Dethlevi Ranzovii filii, Argentinæ Octobris die quinto, Anno 90. mortui, indeque in Holſatiam deducti Epitaphium ab Henrico Ranzovio factum ſubjicerem.

Quis cubat hîc? Cajus cari ſpes unica patris,
Muſarum cultor, Ranzovidumque decus.
Concidit in primo vernantis flore juventæ,
Cum vellet ſtudiis invigilare bonis.
Mandatoq; patris patriæ traductus in oras,
Hîc poſuit triſtes corporis exuvias.
Siſte pater lacrymas, tulit hoc divina voluntas,
Paſſus idem Petrus Ranzoviusque fuit.

XXII. Apenradæ.

In templo Apenradenſi Henrico Ranzovio procurante & ordinante, IDÆ RANZOVIÆ, Caii Rãzovii filiæ, tale epitaphium erigetur.

Ida loquitur.

Optimum quidem eſt, Sileno teſte, non naſci, aut natum cito mori. Aſt ego illud improbo; hoc probo. illud, inquam: ſi enim non nata, nec homo, nec imago Dei opificis mei fuiſſem. Hoc: ſi enim non tam cito mortua, multis expo-

ſita

ſita fuiſſem morbis & periculis. Cum itaque per mortem ad vitam, de peregrinatione ad patriam, ab æſtu ad refrigeriū, ex agone ad bravium dulci ſomno ſopita pervenerim, gratulor mihi, quod & Ida Idea Dei mei naſcendo facta, quodq; & ita innumeris cito moriendo ſim prærepta malis. Nunc autem trimula hic Apenrodæ ſub monumento à Patre Cajo, Mauritii filio, & matre Eliſabetha, Henrici trium Daniæ Regum Vicarii filia, utrisque Ranzoviis erecto, reſurrectionem carnis exſpectans recubo, mortua 20. Feb. ſepulta 22. Martii, Anno Domini 1591.

Caræ matris amor, cari ſpes unica patris,
Oblectamen avi, deliciumque aviæ,
Ida ego Ranzovii dulciſsima filia Caij,
Trima ſub hoc buſto contumulata tegor:
Noluit ulterius fragilem me vivere vitam,
Mortales inter qui regit aſtra Deus.
Ne mala, quæ forſan cito ſunt ventura, viderem,
Innumerisve alijs obruerer vitiis.
Sed quoniam in toto nihil eſt optabile mundo,
Me voluit ſupera luce domoq; frui.
O nimium felix, cui vere ætatis in ipſo
Conceſſum eſt nitidi regna ſubire poli!

Lindebergius.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Auus nepti.

Tu quoque ſuprema & cōmunis noſtra voluptas,
Ante diem neptis ſic mihi rapta jaces?
Quæ me, quæq; aviam, matremq; patrēq; ſolebas
Blandiloquis verbis exhilarare tuis:
Me lepido riſu, lepidoque agnoſcere viſu,
Ac animum ex omni parte levare meum.
O dolor, ô lacrymæ, ô quam ſunt immitia fata!
Quam miſerum humanæ conditionis opus!
Qui media morimur vita, vivique cadaver,
Mortis inexpletæ mancipiumque ſumus.
Sed mihi quid reſtat? num quod te trimula vidi?
Matri quod genuit? quod peperit ve patri?
Ah non, a ſuperis majus ſolamen habemus,
Nempe quod hac poſita, cælica vita manet.
In qua, quamprimum me terris fata vocabunt,
Tecum perpetuæ ſabbata pacis agam.
Dii faxint proprie & placide celſa æthera ſcandā,
Et tua tantiſper molliter oſſa cubent!

Neptis avo.

Non opus eſt tanto laſſes pia numina luctu,
Et mea, ceu facis, hæc fata queraris, AVE.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Cara quidem neptis tibi, caraque filia patri
Uſque fui, at multo carior ipſa DEO.
Vos me mortalem feciſtis vivere vitam:
Chriſtus at æternam perpetuamque dedit.
Vos lacrymas ſaltem: at Chriſtus cũ morte cruo-
In cruce pendendo fudit amore mei. (rem,
Vos vilem a me non potuiſtis pellere morbum:
At Chriſtus morbum ſuſtulit atque necem;
Meq́ ex naufragio in portũ, patriamq́ reduxit,
Nullus ubi labor eſt, nullus ubi dolor eſt.
Hunc merito ergo ſequor, qui vos quoq́ tempore
Ducet ad hunc pacis lætitiæque locum. (juſto
Eſto modo unanimes fortunã ad utramq́ parati,
Quo bene poſsitis, cum venit hora, mori.

XXIII. Itzehoæ.

ITzehoæ in templo D. Laurẽtii, ubi olim altare S. Trinitatis apud ſepulchra Ranzoviorum fuit, hæc ſequẽtia, adjuncta cruce, lapidi inciſa leguntur.

Super crucem.

Hoc Altare à Breidone RanZovio Anno. C.1456. conſecratum eſt ſanctæ & individuæ Trinitati, & ab ipſius filiis Hermanno, Marquardo, Petro, Henrico,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Paulo eorum poſteris, perpetuis annuis proventibus liberaliter dotatum.

Infra crucem.

Cajus RanZovius, Henrici Vicarii Regii filius, præpoſitus Hamburgenſis, qui Latinam & Gallicam linguam calluit, cum aliquot annos in aula Regis Daniæ Friderici II. ſubſtitiſſet, & ab eo decem millibus Thalerorum, eo quod cum literis regiis pacem decernentibus inter Regem Hiſpaniarum, Reginam Angliæ, & Belgicos ſtatus, in Belgium miſſus, captiuus non leues ibidem iniurias ſuſtinuerat, donatus fuiſſet, in aulam Brunſuicenſem cum conjuge Henrici Julii Epiſcopi Halberſtadienſis, ac Ducis Brunſuicenſis & Lunæburgenſis, profectus eſt. Poſtea vero ab Archiepiſcopo Bremenſi, & Holſatiæ Duce D. Joanne Adolpho, in numerum Conſiliariorum Holſatiæ aſcitus, & ampliſsimæ præfecturæ Gottorpienſis adminiſtrator deſignatus, cum ad provinciam ſibi demandatam contenderet, ac vix Bredenbergam ad lares patrios veniſſet, ibique ex febri admodum peſtilenti dies 14. decubuiſſet, immatura, proh dolor, morte præreptus. Sponſus obiit Anno Chriſti 1591. die 20. Aprilis, circa horam 7. veſpertinam, Ætatis 28. menſium 8.


EPITAPHIUM.

Vincor materia, & cito tu vis ire, viator,
Expediam verbis, ne mora longa, tribus.

Hac

Hac jacet illuſtri Cajus Ranzovius urna,
Filius HENRICI*: cetera noſcis: abi.*

Lindebergius.



Parens filio.

Siccine mi CAI*, ô* CAI *dulciſsime fili,*
Solvere nunc cogor juſta ſuprema tibi?
Siccine, mi fili, ô fili cariſsime CAI*,*
Nunc cogor natum te ſepelire pater:
Te juvenem ſepelire ſenex? tibi condere buſtum,
Vivus & extincto pro thalamo tumulum?
Qui mihi debueras naturæ lege ſuperſtes
Solvere, quæ cineri munia ſolvo tuo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Cui ſextus jam nunc & ſexageſimus annus
Labitur, & vitæ meta peracta fere eſt.
In terris contra cum tu, Fili optime, nondum
Vitæ compleſti bis tria luſtra tuæ.
O præmaturi cineres, ô funera cruda!
O placide liceat mî, propereque mori!
Sat patriæ & natis hoc mundi in carcere vixi:
Diſſolvi cupio, cum Deo & eſſe meo.
Attamen haud mea, ſed fiat divina voluntas;
Cui me trado volens ſubjicioque libens.

Filius patri.

Ah pater exoſis quid cælum fletibus imples?
Deſine me nimium, deſine flere pater.
Nemo hominum moritur caſu, neq; naſcitur ul-(lus;
Pendet at a ſolo vitaque morsque Deo:
Quem penes eſt ſolum largiri vivere longum;
Quem penes eſt ſolum funera mœſta dare.
Cujus, ut ipſe vides, facta eſt immota voluntas,
Cui placuit rigido traderem ut oſſa ſolo;
Ille iterum in vitam me nigra ex morte reducet,
Meque meæ matri, reſtituetque tibi.
Cum tuba cæleſtis feriet clangoribus orbem,
Hocque triplex mundi flamma reſolvet opus.

Quare

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Quare age, care pater, durum compeſce dolorem,
Teque tibi ſerva, dum ſinit ipſe Deus.
Nil mihi ſingultus, lacrimæ nil proficit imber,
Cum factum infectum reddere nemo queat.
Sufficiunt tumuli, & quam præſtas patria ſtorge:
Abs te nil aliud, mi pater, oro. vale.

Inſcriptio monumenti Caji Ranzovii.

SVBSISTE VIATOR.
&
HENRICO RANZOVIO TRIVM
Daniæ Regum in Ducatibus Vicario, viro optimo
Patri mœſtiſſimo, pro pietate tua
condoleto.
Heîc conditur
CAJVS
Ex nobiliſſima & antiquiſſima Ranzoviorum
gente apud Cimbros oriundus:
Spes patris & patriæ, matris ſolamen,
columen familiæ:
Qui Reverendiſs. Bremenſis Archiepiſcopi, Holſatiæ
Ducis Joannis Adolphi Conſiliarius, & arcis
Gottorpiæ PRÆFECTUS,
In ipſo ætatis flore,
In medio vitæ curſu,

Cum hebdomatico quarto completo,
Vixiſſet annos octo & viginti,
Menſes octo, diesque undecim,
Pro thalamo, quem cogitabat, tumulum adit

A. C. cIↃ. IↃ. XCI.
XX. Aprilis.

BREDENBERGÆ.

AD HENRICUM RANZOvium conſolatio GEORGII ROLLENHAGII.

Ingenuas artes, & mores principe dignos
Edoctus, Cajus ſtemmate Ranzovius,
Arcem Gottorpi quando præfectus adibat,
Exultans ſponſæ FLORIS amore novæ;
Tum moritur juvenis. Pia mēs demigrat in aulam,
Qua patet ad cælos porta recluſa DEI.
Debile plantatur corpus, quod vindice Chriſto
Poſt immortali flore reſurgat humo.
Inque Dei villis Paradiſi floribus auctum,
Nectaris æterni gaudia læta bibat.
Etſi igitur mors hæc nimium feſtina videtur,
Et triſtis ſponſæ venit, acerba patri:

Morte

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Morte tamen, quanto minor eſt Gottorpia cælo,
Tantum deterior vita caduca fuit.
Hunc abſque invidia Cajo gratemur honorem,
Æternum Cai Ranzoviane vale.
Tu vero tu curarum compeſce tumultus
O pater, & patri gratificare Deo;
Qui tales noſtris inſevit cordibus ignes,
Quales cognato ſentit amore dolor:
Ut ſint æternæ pictura domeſtica flammæ,
Qua totus nati flagrat amore ſui.
Attamen hũc mundo dedit, ut qui credit in ipſum
Non pereat, vivat ſed ſuper aſtra Deo.
Et dubitamus adhuc illi committere noſtra,
Omnia, qui nobis omnia ſumma dedit?
Quin gnatos, & nos ipſos reddamus eidem
Qui datus eſt nobis lux, via, vita, ſalus.

SEquentes tres, etſi præcedentibus nonnullis prius fato conceſſerint: tamen cum aliquandiu in famulatu hujus Ranzovii fuerint, hoc loco inſerere placuit.

XXIIII. Bredebergæ.

IN templo Bredenbergenſi Jacobo Qualio, Equiti Holſato, Henricus Ranzovius, hoc tempore per Hol-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

ſatiam Interrex, monumentum ſaxeum cum ejuſmodi inſcriptione fecit.

Qualius ante diem crudeli funere raptus,
Mortua in hoc tumulo mẽbra Jacobus habet.
Cumq; nova poſtquam ſex tantũ conjuge menſes,
Proh dolor, unanimis vixerat, occubuit.
At memor Henricus fidei, quam præſtitit olim,
Hoc Ranzow ſtatuit triſte doloris opus.
Ut ſit perpetui lacrymabile pignus amoris,
Et ſimul ut capiat præmia rara fides.

XXV. Chilonii.

CHilonii Eccleſiæ muro extrinſecus hoc benevolentiæ ſuæ erga miniſtrum μνημόσυνον publicum, H. R: inſcribi juſſit.

Henricus Ranzovius, Regis Daniæ per Holſatiam Præſes, hoc monumentum DIDERICO VOGEL, *quondam miniſtro ſuo perfideli, ſingulari certamine hic perempto ac humato, ſpe futuræ reſurrectionis poſuit, Anno Domini* 1580. *Ætatis* 55.

Diſcito mortalis temere non temnere mortem,
Mors capiti præſto eſt, cum quis abeſſe putat.
Diſcito mortalis temere non ſpernere Martem,
Mars procus eſt Mortis, Mors fera Martis amor.

Nil

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Nil citius morte eſt, nil Marte incertius ipſo,
Si ſapis, ambiguo fidere utrique cave.
Non opus exemplis, exemplũ hoc aſpice noſtrum,
Ut tali morerer Dii voluêre nece.
Felix diſsimili vitam qui funere claudit,
Non ſine amore Dei, non ſine fine bono.
Si finis bonus eſt, bona cuncta fuiſſe putantur.
Optimus in terris exitus acta probat.

Lindebergius.

XXVI. Flenſburgi.

IN hujus urbis cœmiterio, lapide templo primario extrinſecus itidem inſerto, memoriam pueri ſui H.R. hoc elogio conſecravit.

Strenuus ac nobilis vir HENRICUS *RanZovius, Friderici II. Regis Daniæ Conſiliarius, & utriuſque Ducatus Gubernator &c. puero ſuo* PAULO OXEMUNDT *triennio ante, eodem die 22. Decemb. ictu pugionis in hac urbe necato, memoriæ ergo F.F. Anno Chriſti* 1580.

Henricus patriæ decus, & fortiſsimus heros
Ranzovius, juſsit hæc monumenta ſtrui:
Paulus ubi cecidit ſtricto pugione peremptus
Oxmundt, qui parvo conditur hoc tumulo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Item.

Durch einen blutigen Stich behend/
Paul.Ochſmundt gewan allhie ſein end/
Der edle Herr Heinrich Ranzow wolt/
Jhm dieſe gedechtnuß bleiben ſolt.


XXVII. Itzehoæ.

PRæter reliqua parẽtibus, filiis & filiabus, erecta monumenta, etjam ſingulare marmoreum, cujus typus hic ſubiectus eſt, in pariete templi Itzehoenſi, Ducatuum Regiorum in Holſatia Præſidens & Gubernator Henricus Ranzovius, ſibi parari, & illud reliquis majorum Epitaphiis adjungi vivens fecit, in quo tum ipſe, tum ejus uxor, filii, filiæque omnes ſacroſanctam Trinitatẽ venerabundi intuentes, ad vivum expreſſi ſunt cum inſcriptione tali.

Huc pertinet monumentum
Henrici Ranzovii.

DEO TRINO ET
uni ſacrum.

Henricus Ranzovius, Joannis filius, Regiæ Majeſtatis Daniæ in Ducatibus locum tenens, Dominus in Bredenberg, Drakenburg, Rintelem, Wellingſbuttel, Hattſtett, Tuſchenbeck, Ranzovisholm, Wandesbeck, Bucken, Melbeck, Redingſtorp, Ovendorp,
Nutſchow,



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

BIBLIOTHECA REGIA · HAFNIENSIS ·

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Nutſchow, Nuchel, Gronow, Stelnow & Erffradt, hoc monumentum in honorem ſanctæ & individuæ Trinitatis, ac memoriam majorum ſuorum, juxta altare S. Trinitatis ſepultorum, propter loci commoditatem hic poni curavit, anno 78.

Si vita cenſes defunctum me eſſe, viator,
Falleris, annexa quod ratione probo.
Præclarum in terris nomen poſt fata relinquo,
Spiritus in ſummo vivit ovatque polo.

ALIUD.

Vivo, poſt moriar: ſic fert divina voluntas:
Hæc quæ vult, eadem me quoque velle decet.
Vita mihi melior contingit temporis hujus
Vita. quam vixi, vita operoſa fuit;
Quam ſpero vitam, Chriſti mihi ſanguine parta
Hac dabitur læta pace, Deoque frui. (eſt,

Ejuſdem.

Sat mihi ſat laudi, caris vixi ſat amicis,
Mors mihi ſperati muneris inſtar erit.
Ergo fama vale, ſpes & fortuna valete.
Tu quoq; Rex clemens, patria, ſtemma, vale.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Alia ejuſdem tumuli inſcriptio.

Sunt hîc tres nati tumulis, ſunt tresque nepotes
Ranzovii, qui ſex ordine bis duo ſunt,
Janus & Henricus, Breido, Cajusque ſepulti,
Filius atque parens, ac avus, ac proavus,
Ordine Ranzovidum veteri de ſtemmate nati.
Reddet at, horum animas quatuor, una dies:
Henricusque nepos, qui ſtemmate natus eodem,
Quatuor his jungi poſt ſua fata cupit.

Preces. H. R. pro felici ex hac vita exitu.

Alme pater, vitæ qui das primordia noſtræ,
Quique ſacro nobis numine ſemper ades.
Fac etjam vitæ felix ſit ut exitus hujus,
Ultima nec mortis ſit gravis hora mihi.
Patria, fama, domus, ſpes, Rex, fortuna, valete,
Sat mihi, ſat vixi, Cimbria clara, tibi.
Diſſolvi cupio vitæ pertæſus, & eſſe
Cum Chriſto: Chriſto dulce vocante mori.

Morus de Morte.

Nos ſemper mortem procul, & procul eſſe putamus,
At mediis latet hæc abdita viſceribus.

Paulatim

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Paulatim morimur, momẽto extinguimur uno,
Lampas ut hîc oleo deficiente perit.

INSCRIPTIO SACELLI ITZEHOENſis, nuper ab HENRICO RANZOVIO conſtructi.

Ego HENRICUS RANZOVIUS, trium Daniæ Regum in Ducatibus Vicarius, ex unanimi Dn. Abbatiſſæ Catharinæ Alefeldiæ, & Conſulum urbis Itzehoæ, ac templi ibidem D. Laurentii curatorum conſenſu, quibus pro loco 560. tetradrachmas dedi, Anno à partu ſemper-Virginis D. ac I & XC°. Supra M^m; Ætatis vero meæ 66. hanc ædiculam ſeu ſacellum propriis ſumptibus extrui, Deoque trino ac uni dedicari ac conſecrari feci, inque illud ex avita jam penitus repleta, & nimis anguſta Crypta, patris, matris & filii Caji corpora transferri curavi, ut eſſet tam mei ipſius, conjugisque Chriſtinæ ab Hallen unice cariſsimæ, & poſterorum, quam utriusque parentis & filii conditorium cõmune. Cum quibus etſi nunc nõ queo loqui: tamẽ à morte invicem oſſa miſcebimus noſtra, & quemadmodum in terris viximus vitam mortalem, ſic iterum reſuſcitati in cælis vivemus æternitatem æternam.

Huc refer tabulam quæ notatur ſigno (*)

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

INSCRIPTIO SARCOPHAGI RANZOVIANI, quem idem HENRICUS RANZOVIUS, mortalitatis memor ex ſolido lapide, ut & uxoris, excavari, & in prænominato conditorio ad ſe & illam in iis ſepeliendum ſeorſim poni curavit.

In hoc Sarcophago conditus eſt HENRICUS RANZOVIUS, Joannis Equitis aurati filius, Henrici nepos, Bredonis pronepos, CAJI abnepos, Regis Daniæ Chriſtiani III. Friderici II. & Chriſtiani IIII. olim vices in Ducatibus Sleſwicenſi, Holſatiæ & Dithmarſia gerens, Præfectus arcis Segebergenſis, Dominus in Bredenberg, Drakenburg, Rintelem, Wellingsbuttel, Hattſtede, Tuſchenbeke, Ranzovisholm, Wandeſbeke, Bucken, Melbeck, Redingſtorp, Ovendorp, Nuchel, Gronow, Stelnow, Erffrad & RanZow, &c. qui vixit Annos   mortuus Anno   & hic expectat ſecuturam copulationem animæ cum corpore, reſurrectionem carnis, & reparationem omnium rerum.

איוב יט

ואני ידעתי גאלי חי ואחרון על—עבר יקום

Job. 19.

Et ego ſcio Redemptorem meum vivere: & is noviſsimo die me è pulvere excitabit.

HENRI-

HENRICUS RANZOVIUS VICArius Regius ad imitationem Pontani de ſuo Sarcophago.

Vivus lapideum hunc mihi paravi lectulum,
In quo jacerem mortuus.
Noli obſecro me mortuum laceſſere,
Qui vivus obfui nemini.
Henricus ille namque ſum Ranzovius
Regis Dani Vicarius.
Quem plurimum plures amarunt principes,
Suique paßim ſubditi.
Quem docti honeſtarunt viri, cumque improbis
Laude cumulaverunt probi.
Nunc, hoſpes ecquis ſim, aut mage fuerim, tenes;
Veruntamen qui tu ſies,
Non cognitum eſt mihi: igitur ut teipſum bene
Noſcas rogo. His longum vale.

HENRICUS RANZOVIUS AD ſuos hoc loco à ſe ſepultos.

Accipe, care pater, quæ munera filius offert,
Sintque precor cineri munera grata tuo.
Tu mihi das lucem vitæ; do mortis honores:
Heu heu quam diſpar gratia noſtra tuæ eſt!

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Accipe fraternum, frater cariſsime, munus,
Et tu cara, pia cum genetrice, ſoror.
Accipe nunc, fili gratiſsima dona parentis,
Qui mihi debueras buſta parare ſeni.
Heu mihi, quod numerũ reliquorum filius auxit!
Hoc queror, hæc luctus maxima cauſſa mei eſt.
Sed juſtus Deus eſt, ſic juſte cuncta gubernat,
Ac fuit hæc juſto res ita viſa Deo.
Quem mihi filiolum dederat, mihi rurſus ademit:
Cujus velle fuit, nunc quoque nolle fuit.

INSCRIPTIO LAPIDIS

In ædicula S. Georgii extra urbem Itzehoenſem condita, qua parte exterior parietis facies Boream ſpectat, poſiti.

Henricus Ranzovius, Joannis filius, Henrici nepos, Breidonis pronepos, Caji abnepos, &c. Chriſtiani III. Friderici II. & Chriſtiani IV. Daniæ Regum Vicarius, S. P. Q. Itzehoenſi & pauperibus hos lapides, numerum decem millium excedentes, ad ædificationem hujus Fani D. D. A. C. M. D. XCI.
Ætatis 66.

EPI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

EPIGRAMMATA.

Dum templa ædificas Ranzoi terrea patri,
Præparat ipſe tibi cælica tecta Deus.

ALIUD.

Dum buſtum condis, Ranzoi utrique parenti,
En rurſum in cælis aurea templa meres.

ALIUD:

Templum Ranzoi, parvum ſtruis, optime, patri,
Templa tibi rurſum præparat ampla Deus.

Lindebergius

Epigramma in eundem Lapidem.

Quid Lapis iſte? pii Auctoris pia munera ſignat.
Munera quæ? Lapides, unde ſtat iſta domus:
Auctor quis doni? Henricus Ranzovius au-
Inſigni cujus de pietate fluit. (ctor,
Dat miſeris; miſeri pro tanto Heroe precantor,
Ut placide, at ſero cælica regna petat.
Heroem tellus, cælum, maria alta loquentur,
Donec in hac ſaxum mole ſuperſtes erit.

M. Georgius Ludovicus
Frobenius,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

CAPUT IX.

Emblema H. R. V. R.

Pictura.

Cranio ſuperimpoſitum horologium, ſpicis tritici ex eo naſcentibus, cum hac inſcriptione:

DIES MORTIS ÆTERNÆ VITÆ NATALIS EST.

Deß zeitlichen lebens außgang/
Iſt deß Ewigen ein anfang.

Vltima quæque dies vitæ, ſi credimus, hujus
Eſt vitæ nobis fons & origo novæ.

ALIUD.

Quid cranii ſibi forma novi vult iſta? quid ho-
Quidq; ſuper cranio vult nova nata ſeges? (ra?
Nempe dies mortis, vitæ ſit origo perennis:
Qui moritur mundo, naſcitur ille Deo.
Scilicet hoc Henrice placet tibi ſymbolon Heros
Inclite, quod pietas ſuggerit ipſa tibi.

At

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]




Condidit HENRICUS *monumentum hoc nomine* RANZOW,
Pro ſe, proque ſuæ poſteritate domus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

(*)

Monumentum ſeu Sacellum, ab HENRICO RANZOVIO VICARIO, Itzehoæ nuper conſtructum.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

At tibi ſera dies mortis tamen occidat opto,
Ut ſint virtuti tempora longa tuæ.
Ut quacunque Deus te ſponte beaverit hora,
Æternæ vitæ ſit genitura dies.

Ejuſdem.

Summa dies mortis vitæ natalis habetur
Æternæ: ſi vis vivere, diſce mori.

Nicolaus Reuſnerus,
Poëta Laur.

Idem.

Mors hominem mortis pariter, morbiq́ periclis
Subtrahit, & vitæ certa ſit arra novæ.

ALIUD.

Grana velut putrefacta novas meditantur ariſtas:
Corpus ſic gignent oſſa ſepulta novum.
Nempe ex interitu fluit inſtauratio noſtri,
Principiumque boni finis acerbus habet.

Albertus Lomejerus.

ALIUD.

Mors quæ corporeæ eſt hujus deſtructio maſſæ,
Janua ea eſt vitæ principiumq́ novæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Ejuſdem.

Tranſitus e vivis vitæ cæleſtis origo eſt:
Qui Chriſto didicit vivere vivit homo.

Ejuſdem.

Lux ea mortalis quæ ducitur ultima vitæ,
Rurſum natalis ducitur eſſe novæ.

Lindebergius.

ALIUD.

Naſcendo morimur, vita altera morte paratur,
Vita hæc mors, mortis funera finis erunt.

Hermannus Embſichovius.

Hujus Ranzovici Symboli Æquipollentia.

Mors vitæ principium.
Interitus reſtaurat.
Corruptio generat.
Finis præteriti, principium futuri.
Victurus morere.
Miſeria felicitatem parit.
Τὸ παρὸν ὀυδὲν, τὸ δὲ μέλλον πάντα.
Futura præſentia non videbunt, ſed præſentia futura.

Pruden-

Prudentius.

Mors hæc reparatio vitæ eſt.

Aliud Doctoris Pauli ab Eitzen.

Viventes morimur, morientes vivimus: ergo
Vive memor mortis, mortemque paveſcere noli.
Vita malis plena eſt, pia mors precioſa quies eſt.
Vitam mors ſequitur, ſed mortem vita beata.
Mors nobis lucrum, quia vita eſt Chriſtus Jeſus.

Cicero.

Mors beatæ vitæ initium.

Divus Bernhardus.

Mors piorum, eſt finis malorum &
janua ad vitam.

Ejuſdem H. R. Emblema alterum.

ITA SE COMPARENT IN VITA, UT VINCI ET MORI NESCIANT.

Der hat wol glebt der Ewig lebt/
Vnd deß lob ſtets auff Erden ſchwebt.

Sic mortalis homo fugitivum tranſigat ævum,
Ut nequeat vinci, aſt vincere, neve mori.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Ejuſdem.

Sic homines æquum eſt traducant tempora vitæ,
Ut vinci nequeant, ut nequeantque mori.

Lindebergius.

CAPUT X.

Sequuntur Elogia Henrico Ranzovio
ab amicis aſſcripta.

Clarus imaginibus priſcis, ſit clarior inde
Laude ſua, ſi ſit Marte vel Arte bonus.
Sufficit alterutra ſaltem præcellere laude:
Ars pariter nomen nobile, Marsque dabit.
At quanto tua laus, & gentis præſtat avitæ,
HENRICE, Aonii dive patrone chori?
Quæ tot habet claros Heroas Marte vel Arte,
Quot Fabios olim Roma ſuperba tulit.

Ejuſdem.

Ars, Mars, Sors, celebres, illuſtres atque potentes
Ranzovios reddit, laude, decore, bonis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Laus artis, Martis decor, & bona plurima ſortis,
Salva manent, pietas eſt quia ſancta comes.

Nicolaus Reuſnerus D.
& Poëta Laur.

ALIUD.

Οὗτος Ῥαιζόβιος πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων,
Ἀμφότερον, κῦδος μουσῶν καὶ ὄζος Ἄρηος,
Δόξ' οὖν ἠδὲ χάρις μεγάλη τῷ ὀφείλεται ἀνδρί.

Matthæus Dreſſerus.

ALIUD.

Grata mihi dos eſt auri, gratiſsima libri,
Gratior eſt multo, quæ dat utrumque manus.
Si poſſem, RANZO perdocte, rependeret æque
Aurum aurũ, chartam charta, manusq́ manũ.
Dextra quidem dextræ, libro liber æquiparetur;
Aſt mea non par eſt fulva moneta tuæ.
Interea capeſis animum, gratiſsima dona,
Nam tibi dans animum, queî potiora dabit?

Paulus Meliſſus Myrtil.

Eidem

Eidem ab eodem.

Cui Dei dono numeroſa proles
Obtigit, longumque genus nepotum,
Ille ſe vere poterit beatum
Dicere, RANZO:

Scilicet ſi degenerare avorum
Horreant virtute, ſuamque & ipſi
Quæritent famam, propriæ nihil dum
Laudis egentes.

Veſtra gens Cimbris oriunda, perquam
Nobilis bello cluet, ac vetuſta:
CAROLI Magni ſed enim audiebat
Tempore magna.

Id quod & longa ſerie evidenter
Seculi illius liquet, obſoletis
Sint licet complura (quod uſitatum eſt)
Merſa tenebris.

Scuta quis veſtri numerare poſſit
Stemmatis, ſuſpenſa cavis ſacellûm
In tholis? quis tot monumenta claris
Parta triumphis?

Martii Cimbris animi caleſcunt
Semper: ac fortis magis ipſa gaudet

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Eſſe, quam dici, generoſa virtus,
Nullius expers
Roboris. Cæcis licet occulatur
Forte in umbrarum gravium latebris,
Nubium denſis quaſi preſſa clari
Lampas Olympi;
Exſerens ſeſe tamen uſquequaque
Per tenebroſum radioſa fulget.
En tot in ſtirpes tibi copioſa eſt
Ducta propago;
Ut ſagatorum Fabios Quiritum
Æquet examen, numeroque vincat
Quamlibet multos generoſiore
Sanguine cretos.
An parum eſt, vivas hodieq; centum
Terque ſex durare animas viriles,
Stirpe RANZOA genitas? parumne
Corpore grandi
Præditas, ævum Pyliæ ſenectæ
Non pati marcere? Faves peramplam
Sors dedit vobis opulentitatem,
Non ſine fructu
Ubere, & rebus faciente voto.
Mars dedit callere potenter arma;

Pallas

Pallas armorum bene temperare
Legibus uſum,
Quas ſciens recti Themis adminiſtrat:
Unde tot Regumque Ducumque cura
Eſtis. Inprimis operam tuam Rex
Danus abunde
Comprobat, magnique facit, virorum
Appetens, qualem tua te, polite
RANZO, cum doctrina peculiaris,
Linguaque fandi
Pura, tum niſus animoſiores,
Pectus & tam conſiliis bonis, quam
Re valens ipſa, ac pia facta & æqua
Denique laudant.
O tui multos ſimiles pares ve
Gigneret noſtras humus! ut decenter,
Ut pie & firme regerentur orbis
Frena labantis.

ALIUD.

Si leo non gignit leporem, cycnus ve columbam;
Magnaque ſi fatuos non edunt lilia fungos;
Nec pravi egregia carpuntur ab arbore fructus:
Quid mirum ſi Therſiten quoque fortis Achilles

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Non generet? timidumve Lycam, trepidumve
Piſandrum
Divus Alexander? quid mirum denique, ſi tot
Ranzoa de ſtirpe ſati ſolenne parentum
Rettinuere decus, notum tot ſecula mundo?
Cum natis inſit virtus generoſa parentum
Plerumque & fortes memorentur fortibus, atq;
Ingenui ingenuis, placidi clementibus orti.
Ad vos delata eſt proavitæ hæc gloria laudis,
O pueri & juvenes, ô tantæ gentis ocelli!
Egregios quæ tot Muſarum & Martis alumnos
Una dedit, claris gens toto ut gentibus orbe
Conferri Ranzoa queat. Vos illa parentum &
Majorum decora, eximia cum laude tueri,
Et decet, & par eſt. Id quod ratione modoque
Non alio melius fiet, quam ſi duce prima
Euſebie, Muſas, veluti cœpiſtis, amare
Pergetis, dociles que ipſis præbebitis aures:
Tamquam illis, quæ ſint fontes, ditesque faviſſæ
Cunctorum, quæ mortalis fert vita, bonorum.
Indicio eſt, me vera loqui, clariſsimus ille,
Gentilis veſter Ranzoæ gloria ſtirpis
HENRICUS, nunc canitie venerabilis Heros.
Qui Marti Muſas primis ſic junxit ab annis,

Euſebie

Euſebie præeunte ipſa, ut quaſi culmen honorum
Invidia major, nulli ſplendore, opibusque
(Ni Regem, patriæque Duces exceperis unos)
Nec doctrina etjam, aut natorum laude bonorū,
Sed neque cōſilio cuiquam, aut bonitate ſecundus
Contigerit, multisque viris, doctisque, bonisque
Doctior & melior, patria celebretur in ipſa,
Atque extra hanc aliis quoq; ſit notiſsimus oris,
Regibus & rerum dominis, atq; urbibus amplis.
Excitet exemplum hoc veſtras tam nobile mētes:
Huc animū, huc oculos, animi huc cōvertite vi-
Et robur, nec præclaris deſiſtite cœptis, (res,
Optata donec Muſæ vos fronde coronent.

Nathan Chytræus.

ALIUD:

Qualis erat quondam, cum maxima Roma vi-
Mæcenas patriæ gloria prima ſuæ: (gebat
Talis apud Cimbros, cum res ita publica poſcit,
Ranzovi es, patriæ fida columna tuæ.

Ejuſdem.

Sunt tibi cum Regum, tum publica cōmoda curæ,
Nec tamen Aonidum munera grata minus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Regibus & patriæ pariter, Muſisque placere,
Quod facis, humanum vincit id ingenium.

M. Laurentius Rhodomannus.

ALIUD.

Nobilitate potens, propria & virtute decorus,
Scipio ſive fuit, Scævola ſive fuit.
Ranzovius Cimber nullius cedit honori,
Scipio ſive tuo, Scævola ſive tuo.

Ejuſdem.

Aſtrologum, Medicum, Hiſtoricum, ſummumq;
Nomine vis uno dicere? Ranzovius. (Poeta,

M. Henricus Meibomius.

ALIUD.

Fabricios, Fabios, Scipiones, atque Camillos.
Varrones, Marcos, Æmiliosque Probos,
Præſtantes Martis ſtudiis, atq; Arte Minervæ,
Protulit Heroum Roma ſuperba parens.
Æternæ quorum famæ monumenta dicata,
Poſteritas poſitas ſuſpicit & ſtatuas.

Deſine

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Deſine mirari, domus unica Cimbrica plures
Ranzovios claros Marte, Togaque dedit:
Quorum nata Jovis ſervabit nomina, donec
Stormariam rapidis alluet Albis aquis.

Bartholomæus Gryphius.

ALIUD.

Holſatum decus, & Prorex Ranzovius Heros,
Ingenio dubium eſt, divitiis ve prior.
Holſatum decus, & Prorex Ranzovius Heros,
Divitiis potis eſt, & potis ingenio.
Ac pariter, quamvis præſenti tempore rarum,
Eſt Medicus, Vates, Aſtrologusq;, & Eques.
Nõ igitur mirũ, quod plurima ſcripta relinquat.
Arte, Sagoque valet, Marte Togaq; viget.

Lindebergius.

Aliud ejuſdem Pet. Lind.

Divitiis tantum Plutus, Mars belliger armis,
Artibus ingenuis doctus Apollo micat.
At decus Holſatiæ Henricus Ranzovius ipſis
Divitiis pariter, Marteque & Arte micat.
Nonne ergo potior Divis? quoniam tria præſtat,
Quæ ſimul hi terni non potuere DEI.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Ejuſdem.

Sors, Phœbus, Mavors, Euclides, Naſo, Galenus,
Tres ſuper aſtra Dii, ſubter & aſtra Viri,
Ranzovium genuêre ſenem, aut Rãzovius illos
Tres ſuper aſtra Deos, ſubter & aſtra Viros.
Ille etenim claris longe clariſsimus unus
Par virtute gravi eſt, parque decore pari:
Si modo non claros ſuperat clariſsimus unus,
Tres ſub & aſtra Viros, & ſuper aſtra Deos.

ALIUD.

Ranzoviæ cui non eſt gloria cognita gentis?
HENRICI cui non gloria Ranzovii?
Qui genus antiquum variis virtutibus ornat,
Vates & Medicus, Miles & Aſtrologus:

Collatio gentis Fabiæ Romanornm, & gentis Ranzoviæ Holſatorum.

Quos dederit quondã proceres, quæ corpora clara
Roma per Auſonias emiſerit unica gentes,
Si numeres, citius numerabis lumina cæli.
Unus erat Latia Fabius vir maximus urbe,
Qui meritas laudes ortumq; æquabat Olympo.
Non hic Pyramides, cæloque educere moles,

Nec

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Nec viſus patriis circumdare mœnia protis:
Præſidium majus dedit & majora per urbem,
Robora, patriciam proprio de viſcere gentem
Edidit, innumeros Fabios, proceresque viroſque,
Magna ſatis quorum virtus effulſit in armis,
Invictoque ſuas tutata eſt robore portas.
Ter centum Fabios bello dux abſtulit una,
Hinc genus Auſoniũ antiquo de ſanguine ductũ
Corruit, eximii ſupereſt ſcintilla nec ortus.
Quis vero Holſatos proceres, quis maxima gẽtis
Corpora Rãzoviæ numeret, quis in ordine ponat?
Teutonicos inter pars magna coruſcat in armis,
Atque hoſtem noſtris prohibet ſuccedere regnis:
Pars regnum viſit Daniæ, patriasque per oras,
Pars populo dat jura, viamq; affectat Olympo.
Ac licet adverſo ſuccumbant plurima Marte
Corpora, plura domi ſuccreſcunt, plura feruntur
Semina, perpetuos referunt quæ ſtemmatis ortus.

ÆNIGMA, CONTINENS NVMErum arcium Ranzoviorum, videlicet 70.

Quot numerata olim patuli miracula mundi, 7.
Quot colles, Superûm pignora, Roma tibi. 7.

7. *Quot certant urbes magni de patria Homeri,*
7. *Quot rata prudentes Græcia clara viros.*
7. *Quot ſublime polum ſtellarum corpus oberrant,*
7. *Quot retinet ſolitos hebdomas una dies.*
7. *Quot fluit in pontum tumefacta per oſtia Nilus,*
7. *Artes ingenuas quot Schola docta facit.*
7. *Quot ſunt Vergiliæ, nautis notißima ſigna,*
7. *Romani imperii quot ſacra fulcra ſacri.*
70. *Hæc decies ſeptem, ſi quis conjungat, habebit,*
Arces quot teneat Ranzoviana domus.

Aliud continens numerum Ranzoviorum, qui anno 1590. vixerunt.

10. *Quot Deus Ægyptum plagis punivit acerbis,*
6. *Abſolvitque idem lucibus orbis opus.*
12. *Quot menſes numerat ſolaris quilibet annus,*
30. *Et ſiclis Dominum vendidit Iſcharioth.*
4. *Quot facta exſiſtunt elementis corpora mixta,*
4. *Et Paradiſiaco flumina dia ſolo.*
12. *Quot genuit Jacob ſenii fulcimina, natos,*
40. *Annos & geßit regia ſceptra David.*
118. *Innumerũ hos numeros, qui congeret, inde vide-*
Ranzovii vivi hoc tẽpore quotquot erũt. (bit,

Lindebergius.

In

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

In effigiem Henrici Ranzovii.



HINRICVS. RANTZOVIVS VICARI, REGIVS AN°. 1585. ÆTA. 60.

Hæc tibi dimidium Ranzoium parva tabella,
Qui fuit Holſatiæ gloria prima refert.
Quod tibi non referat, mirari deſine, totum,
Haud etenim totum Cimbrica terra capit.

ALIUD.

Quæ facies? Ranzow. Poterit quis pingere men-
Ingenium pingunt tot monumenta ſuũ. (tem?

ALIUD.

Nobilis expreſſit ſculptoris dextera vivos
HENRICI vultus ſedula RANZOVII:
At, quæ rara latent ſub pectore dona Minervæ,
Exprimere haud potuit, nec fuit artis opus.

ALIUD.

Hæc eſt HENRICI effigies veriſſima Ranzovi,
Qui Danaum in patria munia Regis obit,
Cum pede felici jam quinta accederet æſtas,
Poſt bis ſex vitæ luſtra peracta ſuæ.
Ex oculis gravitas, virtus ex fronte relucet:
Mentem qui poſſet ſculpere nemo fuit.
Nec fuit artis opus: namq; eſt ars cognita Divis:
Exteriora patent, interiora latent.

In effigiem armatam ejuſdem.

Hæc eſt Ranzovii decens imago,
Quem vicaria Danici tot annos
Regis munia reddidêre clarum.
Immo claruit ante. Gens avita
Stemmatis ſeriem vetuſtioris
Summa nobilitate ſemper duxit,

Raramq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Raramque inſuper eruditionem
Adjecit. Cataphractus ecce præſto eſt.
Mars thoraca viro dedit gerendum,
Sed Pallas galeam; caput Minervæ,
Robur corporis eſt ſacrum Gradivo.
Cui mirum, cate Ranzo, ſi vel unus
Multos Marte viros, & Arte vincas?

Paullus Meliſſus.

In effigiem togatam ejuſdem.

Hactenus armatum, nunc me ſculpſere togatum,
Namque annis habitus convenit iſte meis:
Dum poſtrema mihi ferme jam vivitur ætas.
Arma viros ornant, ſed toga longa ſenes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Figura Nativitatis ejuſdem, cum ſuccincto judicio D. Conradi Daſypodii, ante annos quatuordecim edita, quæ etjam in Bibliotheca Bredenbergenſi argento inciſa conſpicitur.



Mars in propria domo.

Venus in propria domo.

Conjunctio benigna Jovis & Veneris fortunatum in domo propria Veneris.

★ aſpectus Veneris & Jovis ad Lunam ex 7. Cardinali domo in 4.

★ aſpectus Veneris & Jovis ad Mercurium ex ſeptima in 4.

Con-

Conjunctio Mercurii & Lunæ in quarta domo Cardinali.

Caput Draconis & fidicula in ſecunda domo.

Conjunctio ſolis & Saturni in Ariete infortunata eſt.

Cetera omnia bona feliciaque ſunt:

Directi & veloces ſunt omnes planetæ, excepto Mercurio retrogrado.

Series directionum pertinentium ad morbos, pericula, & vitæ longitudinem.

	In annis.	Menſib.	Dieb.
Solis ad Saturnum	7	5	0
Lunæ ad Saturnum	22	4	24
Solis ad Martem	24	8	0
Horoſc. ad cor Scorpii	31	10	6
Lunæ ad Martem	36	10	6
Horoſc. ad ☐ Lunæ	43	0	0
Horoſc. ad ☐ Solis	60	3	6
Horoſc. ad ☐ Saturni	67	1	12
Horoſc. ad ☐ Martis	79	10	

Series directionum pertinentium ad bona fortunæ.

	In annis.	Menſib.	Dieb.
M.C. ad trigonum Jovis	8	3	6
M.C. ad trigonum Veneris	8	11	12

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

M.C.ad oppoſitum Saturni	29	0	24
M.C.ad ſpicam virginis	36	10	6
M.C.ad oppoſitum Martis	24	2	18
M.C.ad ſortem	50	8	12
Solis ad corpus Jovis	51	1	0
Solis ad corpus Veneris	53	3	0
M.C.ad luminoſiorem lancis	57	4	0
Vel juxta alios	58	2	0
Lunæ ad corpus Jovis	60	7	0
Lunæ ad corpus Veneris	61	7	0
M.C.ad oppoſitum Jovis	64	8	24
M.C.ad oppoſitum Veneris	65	2	18
M.C.ad cor Scorpii.	81	2	24

Motus ſolis eſt computatus in hac figura ſecundum tabulas Alphonſinas; ſecundum autem tabulas Prutenicas locus ſolis 0. gr. 22. min. Arietis. Omnis Planetæ ſunt in Planetarum exaltationibus: ergo honores ipſi promittuntur.

Oppoſitio præcedens nativitatem cadit in 10. domum: id ſignificat etjam honores.

Sol in exaltatione excellentes honores atque dignitates largitur.

Duo Planetæ in propriis domibus faciunt illuſtrem, ſplendidam & celebrem fortunam, & in ſuis actionibus felicem & fortunatum.

Mercu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Mercurius in angulo dat alacritatem ingenii, literarum ac diſciplinarum ſtudium, inprimis vero rerum mathematicarum & naturalium.


Conjunctio Mercurii & Lunæ, in quocunque ſigno fiat, excellentia facit ingenia.

Jupiter generalis ſignificator divitiarum in ſeptima, ex conjugio divitias durabiles largitur, præſertim cum ſit fortis & fortunatus, conjunctus Veneri in proprio ſigno.

Diuturnam autem fore vitam Henrici Ranzovii oſtendunt Jupiter & Venus in ſeptima, quæ felicem plerumque deſignant ſenectutem. Atque idem conſtat ex aſcendente & Luna, quæ eſt Hilech. Deinde ex Almuthen genituræ, ſcilicet Marte. Et Lunæ ſigna ſunt humida, & ſatis humidi radicalis ſuppeditant ipſi, tamen morte mirabili eſt periturus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Libuit ſubjicere Syſtema cæli ad idem tempus nativitatis ex correctioribus cæleſtium motuum tabulis Prutenicis deductum: quod in eadem Bibliotheca habetur.



Cum in hac figura omiſſus ſit locus ⊕ eundem hîc ſubjungendum putavi, tum à Sole ad Lunam, tum vice verſa derivatum; quæ ſuis figuræ locis inſerenda aqui lectoris induſtriæ committo.

⊕ à ſole ad Lunam 1. 33.

⊕ à Luna ad ſolem 29. 25.

DE

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

De humanis conſiliis H. R.

Quo non humanæ penetrat ſolertia mentis?
Quid non conſiliis ſubjicit illa ſuis?
Nec latebris adeo res ulla reconditur altis,
Quas acies animi non penetrare queat.
Hæc res evoluit dubias penitusq́ latentes
Eruit, & lucem cogit habere ſuam.
Quæ ſint eventura videt, præſentia tractat,
Tempore quæ lapſo præteriêre, tenet.
Omnia rimatur, perpendit, verſat, & optat,
Linquit inexcuſſum ſedula cura nihil.
Fallitur illa tamen, plerumq́ vacillat & errat:
Nam ſtant arbitrio cuncta caduntque DEI.

Cicero lib. 1. De Divinatione.

Affert vetuſtas omnibus in rebus longinqua ob-ſervatione incredibilem ſcientiam.

In Inſignia H. R.

Quænam hæc ſimplicitas à noſtro diſſona ſeclo?
An non Ranzovii divite ſtirpe ſati?
Fallor? an his paucis ſubſunt quamplurima: du-
Diſtinguunt clypei forma colorq́ latus. (plex

Perſuſum minio dextrum, candore ſiniſtrum:
Candor huic generi eſt, ingenuusque pudor.



Caßis habet geminum cornu: conſtantia fortes
Corpore non ſolum, ſed quoque mente facit.
Sancta ô ſimplicitas: ô ingenioſa vetuſtas,
Quæ tam ſuccincte plurima dona notat!

Salomon Frenzelius,
Poët. Laur.

Aliud.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

ALIUD.

Ranzovii rubra eſt clypei pars dextra, ſiniſtra eſt
Candida, ſed caſsis cornua bina gerit.
Cornua ſunt robur, Martis color alter, & alter
Pacis: utrumque ſatos nobilitate decet.
Forma quid hæc ſimplex? ſimplex fuit ipſa vetu-
Simplicitas formæ ſtēmata priſca notat. (ſtas:

ALIUD.

Quōdam Pallas atrox geſsit cū Marte duellum,
Propter Ranzovii nobile ſtemma viri.
Ille frequēs ſtat, & illa frequens; hic vincit, & illa;
Victus & hic, atque hæc victa, fuêre pares.
Quid certamus? ait Mars tandem, inſignia geſtet
Noſtra, ſit hæc clypei pars mea, & illa tua.
Hinc latus hoc minio tinctū eſt, nive cāduit illud,
Muneraq; hinc pectus Martis & Artis habet.

ALIUD.

Quā bene cum Muſis cōmunia templa tenebat
Alcides, forti promptus ad arma manu.
Doctrinæ & Præſes, cerebro Jovis edita Pallas,
Invictos animos ad fera bella gerit.
Iam bene Ranzovio fulgent in ſtemmate juncti,
Hinc certe rubens, candidus inde color.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Martius ille color, caſtrenſibus aptus & armis,
Hic pace & ſtudiis dignus Apollineis.
Seu Martem ſpectes, Muſasque & cetera dona
Ingenii, æternum gens ea nomen habet.

ALIUD.

Aſpice Ranzoviæ quæ ſint inſignia gentis,
Et quid ſimplicitas hæc ſibi, diſce, velit.
Non aquilas cernis, non vaſta fauce leones,
Non alias, quarum eſt vis truculenta, feras.
Sed ſpacium, in binas quod ſolvet linea partes,
Quarum eſt prima rubẽs, alba ſecunda nitet.
Hoc ſpatium mentem generoſæ ſtirpis adumbrat,
Sed mores animi monſtrat uterque color.
Ampla capaxque illi mens eſt ac artibus apta
Omnibus, ut ſpacium res capit omne ſuas.
Sunt mores illi faciles candoreque tincti,
Et quos ſimplicitas ornat & alma fides.
Sunt etjam, cum res ita poſcit, fortia genti
Pectora, quæ gaudent ſanguine, Marte, nece.
Hæc voluit ſpacio, geminoque notare colore
Priſca ætas, cui gens hæc quoque nota fuit.

De nomine ejuſdem.

Ecquod, Mæcenas, veſtri ſit nominis omen,
Dum variis mecum volvo revolvo modis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Carminis inventor vellit mihi Cynthius aurem,
Et, quod quæris, ait, lingua Pelaſga docet.
Nam ſi Ῥαντίζω *Grajis aſpergine luſtro*
Dicitur, ac vitæ norma modusque βίος.
Nominis omen habes: famæ quia labe carentes
Gloria RANZOVIOS *puraque vita facit.*

Chriſtophorus Sylvius.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

In effigiem armatam, ſtrenui & fortiſſimi Herois, Joannis Ranzovii, Henrici patris.

Ranzovii præſens monſtrat ſculptura figuram,
Cui nomen mitis gratia mite dedit.
Quiſit, qui fuerit, teſtantur plurima bella,
Bella peracta ſolo, bella peracta ſalo.
Illius & reliquos qua præſtitit, enthea virtus,
Famaque nota homini, factaque grata Deo.
Omnia non dicam, ex hoc uno cetera diſces,
Factis Divus erat, corpore verus homo.

Lindebergius.

In effigiem togatam ejuſdem.

Hoc Ego Nō, Ratio Illius Cum Vera SubituR,
Eſſe decus magnum ſtatuo, tractata per armA
Non etjam pacis ſtudio ſibi quærere nomeN:
Recte agitur ſumptis cū pax componitur armiS.
Id decus eſt verum. Sic tu pater optime bellA
Cum gereres Regū, hoc peragebas omnia fructV,
Vt ſtabiliretur Pax & Concordia RegnI.
Sic & ego contendo, meo Pax ut bona ſuaſV
Regnet [A]gris [N]oſtris, [s]eq; [A]ddat [u]t [I]nclyta [v]irtuS.

Henricus Ranzovius.

Aliud

Aliud in laudem ejuſdem.

Cum Cæſar Quintus tractaret Carolus arma
Adverſus Regem martia liligerum:
Ranzovium ſcriptis inviſit uterque Joannem,
Belligeri natum Martis ad arma virum.
Huc ades, ac dubiis fer opem fortiſsime rebus
Ranzovi, propria ſcripſit uterque manu.
Eſt tua nam perſpecta fides, tua cognita virtus,
Proque tuis meritis præmia digna feres.
Regibus à tantis ad bellica caſtra vocari
Res eſt præcipue laudis habenda loco.

Georgius Wippermannus.

Aliud in laudem ejuſdem.

Magnanimus fuit hic Heros, qui nomen ad alta
Egregiis factis extulit aſtra ſuum.
Carolus invictus, Rex Franciſcusq; Monarchæ
Cum gererent forti mutua bella manu,
Herois tanti commoti laudibus amplis,
Hunc ſibi per literas expetiere ducem,
Pollicitique ipſi ſtipendia magna fuere:
Noluit aſt horum caſtra cruenta ſequi.
Sed voluit patriæ ſervire fideliter almæ,
Hæc opera ipſius fortiter uſa fuit.

Deth. Sylvius.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Ad Henricum Ranzovium.

Ode.

Henrice, ſummum militiæ decus,
Idemque dîis inclutus artibus,
Seu contueri mundi ocellos
Sidera, ſeu lubeat decoro
Vincire Muſam compede: quâ rear
Te duxe prima ſtirpem ab origine?
O te beatum cui refudit
Copia tantum opulentitatum!
At ô beatum te magis, entheo
Cui mens furore percita ſubvolans
Ad ſancta ſancti templa cæli
Deſpicit iſta caduca rerum!
Macte hacce mente! Vivitur ingenI
Bonis: abibunt cetera, nec manet
Quidquid cluit rerum undiquaq;.
Uſque adeo nihil eſt beatum
Ex aſſe, præter mentis opes piæ.
Quas tu ſequutus, Ranzovidũ decus,
Non ſumtibus, nulli labori
Parcis, ut, hei! melius Camœnis
Sit, quondã agreſtis quas pepulit furor;

At

At nunc reductæ vindicias tibi
Debent, manuque miſsionem,
Jupiter, egregio patrono!
Ergo æviternis mactus honoribus
Ferere, Muſas ſuetus amare tam
Caldè: tuas laudes loquentur
Æquora, terra, faces Olympi. G.E.L.

CAPUT XI.

RESTARENT adhuc deſcriptiones arcium, quas magnifici & excelſi viri Henrici Ranzovii partim filii, partim gentiles, in Dania, Norwegia, Scania, Fionia, Holſatia & alibi poſſident innumeras; verum ſi his longius immorarer, in immenſum creſceret liber, nauſeamque tibi, Lector, cõcitarem, quam metuo ut ſæpius moverim, dum impetu verſuum contextum continuæ orationis retardo. Attamẽ ut faſtidium hoc tibi adimam, appono imagines & inſignia tam Wiperti II. Principis bellicoſi, Marchionis Luſatiæ, à cujus Pronepote Ottone familia Ranzoviana originem ducit, quã Comitum Liſnicenſium, qui Ranzoviorum gentiles fuerunt, ut ex ſimilitudine inſignium, & adjuncta arbore genealogica videre licet, quib. in tãta varietate te oblectabis, recreabis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

In Wipertum II. Comitem Groitzenſem,
& Marchionem Luſatiæ, &c.

Qui præſens opera artificis Mavortius Heros
Cum clypeo & ſigno conſpiciendus adeſt,
Wipertus fuit inſignis Virtute ſecundus,
Groitzenſisque olim non ſine laude Comes.
Ex habitu virtus, gravitas ex fronte coruſcat,
Et Mars ex toto corpore fulget atrox.
Non mirum bellax quod ſit Ranzovia proles,
Belliger illius ſtemmatis auctor erat.

Lindebergius,

ALIUD.

Effigies hæc eſt Wiperti vera Secundi,
Qui princeps clarus Marte togaque fuit.
Marchio Luſatos rexit moderamine juſto,
Hinc laudem à ſera poſteritate capit.

Dethlevus Sylvius.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

In effigiem Wiperti III. Comitis Groitzenſis, &c.

Hæc tibi Groitzenſis Comitis ſculptura figuram
Demonſtrat vivis aſsimilata notis.
Qui Wipertus erat dictus prænominis hujus
Tertius, & nulli Marte vel Arte minor.
Aſpice quæ gravitas habitus, quam corpus ho-
neſtum,
Quantus in ore decor, qualis & oris honor!
Omnia pulcra ſatis ſculptoris dextera fecit,
Unam unam mentem ſculpere non potuit.

Lindebergius.

Aliud:

Tertius hic comes eſt Wiperti nomine clarus,
Qui vexilla ſua fert ſpecioſa manu.
Huic Liſnicenſis populus, Groitzenſis & unà
Paruit, ac Domino digna tributa dedit.

Dethlevus Sylvius.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

In effigiem Henrici I. Marchionis Luſatiæ, & Comitis ſeu Burggravii Liſnicenſis.

Effigies hæc eſt Henrici congrua primi,
Qui Luſatorum Marchio rite fuit:
Ac Liſnicenſes rexit Burggravius idem,
Ottonis ſummus laude vehendus avus.
Ottonis: de quo ſurgit Ranzoa propago,
Pro meritis nunquam ſat celebrata ſuis.
Hoc liquido monſtrant utriusque inſignia ſtirpis,
Diſcerni parva quæ ratione queunt.

Dethlevus Sylvius.

Aliud.

Si migrat in natos genitorum maſcula virtus,
Naturæque manent ſemina quæque ſuæ.
Hic etjam Comitũ Groitzenſiûm ſtemmate cretus,
Rite ſui poterit filius eſſe patris.
Cui ſimilis Virtutis amor, par gratia formæ,
Mens veneranda toga, mens memorãda ſago.
Et patris eſt rebus cunctis veriſſima proles,
Sicut ea ex multis conſpicienda patent.

Lindebergius.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]



INSSIGNIA

WIPERTI II. PRINCIPIS BELLICOSI, MARCHIO-
NIS LVSATIÆ BVRGGRAFFII MAGDEBVRGEN-
SIS ET LISNICENSIS, COMITIS GROITZENSIS.
CVIVS PRONEPOS OTTO FVIT RANZO-
VICÆ FAMILIÆ CONDITOR.
QVÆ RECENTI MEMORIA IN VETERI INCISA LAPIDE
E RVDERIBVS ARCIS GROICENSIS ERVTA SVNT.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Sciendum eſt primo, quod hi Burggraviatus & Comitatus non omnes fuerunt hæreditarii; ſed aut præfecturæ, aut ad vitam ab Imperatoribus conceſſi. Qua ratione hæ dignitates ad poſteros non pervenerũt: ſed de una familia ad alteram collatæ ſunt, propter nova merita. Succeſſu tamen temporis facti ſunt hæreditarii, & certis familiis aſſignati, præter morem veterum.

In Inſignia Wiperti II.

Hæc quæ cernis ſunt inſignia vera Viperti,
Qui Groitzenſis erat, Liſniciique Comes.
Robur Bos præſtans, AQVILÆ pars nobile nomen,
Pro patria ſignant pondera geſta TRABES.
Pectora magnanimus SONIPES ſpirantia Martem,
Delicias Divûm denotat albus OLOR.
DVPLEX armorum quæ reſtat FORMA Colorque,
Indicium belli eſt, indiciumque togæ.
Nobilis & gentis RANZOÆ inſigne paternum,
Hinc quæ deducit ſtemma genusque ſuum.
Non obſtat, clypei quod ſit mutata figura,
Ac omiſſus Equus, Bos, Aquila, albus Olor.
Tempore mutantur cuncta, & Rãzovia proles
Non clypeo monſtrat robora, ſed manibus.

Lindebergius.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Aliud.

Talia Vipertus princeps inſignia geſsit,
Marchio Luſatæ qui regionis erat.
Magdeburgiacis quoq; qui Burggravius oris
Groitzenſisque Comes notus ubique fuit.
Ranzovicæ gentis qui conditor extitit Otto,
Ortus is ex hujus poſteritate fuit.

Dethlevus Sylvius.

Petrus Albinus Hiſtoriographus Electoris Saxoniæ, ex Buchavienſi Chronico, & ejus appendice demonſtrat, generoſam & nobilem Ranzoviorum familiam, quæ in Holſatia, Dithmarſia, & vicinis regionibus late diſperſa eſt, oriundam eſſe ex nobiliſſima & vetuſta ſtirpe atque poſteris Wiperti Comitis Groitzenſis in Miſnia (qui duo Monaſteria fundavit, unum locupletavit, inter quæ ampliſſimũ eſt Pegavienſe; quiq; propter virtutem bellicam divitiis & dignitate in imperio Romano crevit & floruit) ideoq; etjam agnatione junctam eſſe generoſæ & nobiliſſimæ familiæ Comitum ſeu Burggraviorum Liſnicenſium in Miſnia, quæ itidẽ à Wiperto profecta, paulo ante noſtra tempora interiit. Illud autem veritati conſentaneum eſſe, nõ ſolum Albinus, variis in medium adductis teſtimoniis, oſtendit, ſed etjam familiæ Ranzovianæ & Liſnicenſis ſimilitudo nominum & armorum hoc indicat,

in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

in qua certe nō parum momenti ſitum eſſe doctis notum eſt. Comitum Liſnicenſium inſignia præcipua fuerunt, clypeus per longitudinem, ut loqui ſolemus, diviſus, cujus pars dextra rubea fuit, ſiniſtra flava ſive crocea. Hoc ſane non valde diſcrepant ab armis Ranzovianis, in quibus eodem modo diſtinctis, dextrum itidem rubeum latus habet, ſiniſtrum ſolummodo albo ſeu argenteo colore, pro croceo vel aureo Liſnicenſium, pingitur. Quibus vero modis ſtemmata illa præclara & inſignia fuerint immutata, ne extra metam vagari videamur, noſtri propoſiti non eſt hic enarrare, cū ad vnguem illa, in Genealogia Ranzoviana ab Albino ſint conſcripta, ad quam Lectorem remitto Hoc ſolum indicandum duxi, quod Ranzovii in galea nūc acutis, nunc hebetioribus & obtuſis cornibus uſi fuerunt, ut & Caſtellani Liſnicenſes. Sic etjam Equites auratos familiæ Ranzovianæ, colorem ſiniſtræ partis clypei album in croceum ſive aureum ſemper convertiſſe: eundemque ut plurimum Caſtellanos Liſnicenſes, quod eſſent homines militares, uſurpaſſe deprehenſum eſt. Id enim eminentia dignitatis & gradus ratio poſtulavit & conceſſit.

ALIUD.

Talibus illuſtris ſtirps eſt inſignibus uſa,
De Liſnic comitum Miſnia nota tibi.


In Inſignia Comitum Liſnicenſium, qui fuerunt congentiles Ranzoviorum.

Hæc ſunt Liſnicii dominorum inſignia priſcûm,
A quibus exorta eſt Ranzoviana tribus.
Pars clypei princeps exſculpta, ac altera inanis
Majores uſos ſimplicitate docet.
Diſtinctæ TRABIBUS TESSELLÆ, *pectora pura*
Sejuncta à vitiis labeque munda notant.
Magnanimus LEO *inaurato diademate fulgẽs,*
Indicat auctoris palmam animumque ſui.
Quid ſibi vult clypei ſpecies hæc? admonet omnes,
Cum jam nil veteri ſimplicitate valent,
Nil homines pietate ſua, nil pectore puro
Efficere, ut poſſint perpete pace frui.
Herculea intrepidi ſumant ſibi corda Leonis,
Et ſuperent hoſtes, Marte juvante, truces.
O ſacra ſimplicitas, ô mens plane enthea patrum!
Qui nos tam tecte, tam bene multa docent.

Lindebergius.

Compoſita ſunt hæc inſignia Comitum Liſnicenſium ex diverſis inſignibus. Nam hæc familia alias dynaſtias acquiſivit: unde ei alia ornamenta deinceps quoq; acceſſerunt. Retinuit tamen ſemper inter alia, primariam originem indicantem clypeum Holſaticæ vetuſtatis, per longitudinem in duos colores diſtinctũ, cum duobus cornibus in galea exiſtentibus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]



INSIGNIA
COMITVM LISNICENSIVM, QVI FVE-
RVNT CONGENTILES RANZOVIORVM
QVORVM FAMILIA EX HENRICO II, VI-
PERTI II NEPOTE ORIGINEM
DVCIT, VT EX SIMILITVDI-
NE INSIGNIVM VI-
DERE LICET.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

In arborem Comitum Liſni-cenſium.

De Liſnic Comitum ſtirps his inſignibus olim,
Arbor quæ præſens exhibet, uſa fuit.
Quos congentiles Ranzoiæ gentis avitæ,
Armorum ſimilis forma, fuiſſe docet.

Dethlevus Sylvius.

Aliud.

In pulcro veluti gravidis cum fructibus horto,
Explicat auguſtas arbor amœna comas.
Non aliter præſens etjam ſeſe explicat arbor,
Commonſtrans fructus undique paſſa ſuos.
Nempe octo Comitum noto cum nomine ſigna,
Olim Penicii quos habitâſſe ferunt,
Et tribuiſſe altum Ranzoi ſtemmatis ortum,
Sicut id ex omni parte videre licet.
Utque magis videas, fecit cælarier illud
Henricus patrii dia columna ſoli.
Ob quod poſteritas niſi fauſta precaberis ipſi,
Dicêris merito ter ſcelerata tuo.

Lindebergius.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

CAPUT XII.

HActenus telam debitam liciis ſubactis pertexui, & curſim quæ digniora fuére relatu percurri: nunc manum de tabula tollam, & coronidem huic libello imponam, prius tamen additis, de Holſatię aliquot arcibus, urbibus & fluminibus primariis, item de aula & venatione, paucis Epigrammatibus, Ranzovianis Muſis nobis ſuppeditãtibus, quę ut cũ ſuperioribus, Lector benevole, æqui boniq; conſulas, ſummopere oro.

ENCOMIA ARCIUM ET URbium aliquot Holſatiæ.

Arx Cronenburgum.

Fama eſt Juſtinum ſtruxiſſe in rupibus arcem,
Rara qui fuerat Cæſar virtute ſecundus,
Illud habens nomen, Sophiæ quæ conjugis arx eſt,
Dicta novo titulo Byzant I in littoris ora:
Ex hac Europam, atq; Aſiam, telluris & æquor
Rauciſonum mediæ, ſpectabat lumine Cæſar,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Invectas pelago puppes, terrasque repoſtas.
Condidit hanc arcem regni Fridericus in ora,
Virtute hic nulli Rex & pietate ſecundus:
Sedem hanc, & caræ Sophiæ vult conjugis: inde
Rex amat hanc arcem, Regni & per ſæcla Coronam
Eſſe dedit nomen: Sed Virtus inclita Regis
Xerxis ſplendorem, Crœſi quoq; vicerit aurum.
Deſpicit hac velut ex ſpecula Rex altus, utrumq;
Arctoum, Occiduumque fretum: hinc & Scania longe,
Nec non fertilibus Selandia cernitur arvis.
Jus Regis cogit puppes hîc ſiſtere curſum,
Æra dare: inde ratis felici naviget aura.

Aliud ejuſdem H. R.

Arx CRONEBURGA *mihi, quod dicitur, eſſe videtur,*
Namque artium corona vere eſt omnium.
Imo aliquid majus, quam dicitur, eſſe videtur,
Si rite rem, nomenque penſites ſimul.
Ergo mihi liceat ſi vertere nomina rerum,
Regni Coronam vere eam eſſe dicerem.
Conſuetudo tamen vincat, nomenque reſervet
Præſens, quod illi eſt inditum ſemel bene.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Si tamen hanc cernent ita, Rex Friderice, nova-
Per te, politam pulcriusque poſteri; (tam
Agnoſcent facile, hi tandemq; loquentur aperte,
Auguſta id arce nomen eſſe auguſtius.

Arx Gottorpia.

Fortibus à Gottis habet arx Gottorpia nomen,
Holſati dudum quam tenuere Duces.
Et jam magnanimus defuncto patre Philippus
Poßidet: ut teneat, da Deus alme, diu.
Non referam illius ſubducta palatia cælo,
Structuramque arcis, luxuriemque loci.
Omnia pulcra ſatis, ſic ut ſine crimine poßint
Hîc habitare Duces, hîc habitare Dii.

Arx Oitinenſis.

Arx Oitinenſis clara eſt, primaria ſedes
Quæ Lubecenſis præſulis eſſe ſolet. (phus,
Inclitus Holſatiæ Comes hanc conſtruxit Adol-
Qui quondam iſtius nominis alter erat.
Idem etjam parvam juxta arcem cõdidit urbem,
Atque huic jus proprium municipale dedit:
Cum contra Holſatos bellum Lubeca moveret,
Arx per vim ſubito milite capta fuit.

At

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

At Rex Chriſtjanus, qui Danica ſceptra tenebat,
Subjectam hanc aliis noluit eſſe diu.
Inque fugam rurſus peregrinum depulit hoſtem,
Jani Ranzovii dum fuit uſus ope.

Arx Haffnia.

Arx jacet aëriis muris educta ſub auras
Nobile mirandi Martis & Artis opus.
Stant ubi marmoreo fabricata palatia ſaxo,
Pergama quale decus fama fuiſſe refert.
Hanc amat Auguſtam Majeſtas Regia ſedem:
Nam præclara ſitu, delicioſa loco eſt.
A boreo tractu, qua pars declinat in auſtrum,
Hanc velut Oceano circuit unda maris.
Circumfuſa facit quæ tutam fluctibus arcem,
Æquoreoque tumens aggere vallat eam.
At qua parte poli gelidas arx ſpectat ad arctos,
Haffnia contiguo te videt alta ſitu.
Stagna lacu tantum quas interfuſa profundo
Diſtinguunt ſpacio ſed breviore duas.
Nil niſi magnifica hic, mirandaque cuncta videntur,
Unde etjam ſedes Regia bella manet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Arx Bredenberga.

JANUS, poſt varii victricia prœlia Martis,
RANZOVIUS patriæ redditus atque ſibi,
Excelſam patriis exſtruxit collibus arcem,
Non procul à ripis, cærule Stora, tuis.
BREDENBERGA vetus tenet arx firmiſſima nomen,
Qua ſua mellificæ regna tuentur apes.
Apta licet Martis ſedes, tamen aptior almæ
Palladis, hoc ſplendent arma utriuſque loco:
Hîc arcis Dominus Martem colit atque Minervam,
Magnanimo Henricus pectore Ranzovius.
Tuta, favente Deo, maneat, dum Vellula lætas
Silva feret frondes, Storaque volvet aquas.

Arx Segeberga.

Inter magnificas & ſtructas montibus arces
Extulit antiquum jam Segeberga caput.
Victis hac victor Lotharius arce tropæum
Saxonibus poſuit; priſca tropæa manent.
Hæc pridem pluviis tumidis & pervia ventis
Hoſpitibus feſſis vix loca ſicca dabat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Et privata ſuo regalia tecta nitore,
Immundo ſenſim deperiêre ſitu.
Formaque lapſuræ jacuit miſerabilis arcis
Rege nec excelſo, digna nec illa Duce:
At firmata ſuis nunc ſurgit in aſtra columnis,
Nec dolet amiſſum jam renovata decus:
Inſtaurata ſuo Regalia tecta nitori,
Rege modo excelſo, digna modo illa Duce.
Et modo magnanimo ſatis ampla palatia Regi,
Et loca magnificis continet apta viris.
Unde ſed hos cultus? hanc cujus munere formam
Rurſus habet? novus hic unde repente nitor?
Hoc nuper claris fecit Ranzovius auſis,
Henricus generis gloria prima ſui.
Hujus hic ut juſſu Regis ſuſcepit habenas,
Deformem cultu non tulit eſſe locum.
Mox ſed apud veteres nova propugnacula mu-
Collocat & proprio quæq; nitore replet. (ros
Hoc virtutis opus: nec inanis gloria Martis,
Et laus armigeris convenit iſta viris.

Arx Plona.

Wandaliæ Regum Sedes præclara potentum,
Arx quondam priſco tempore PLONA fuit:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Hinc ſedes Comitum facta eſt, Holſatica tellus
Quos timet, ac populo Wagria lata ſuo.
Hanc prope Wandaliæ princeps Butho concidit (enſe
Critonis, patria qui Rugianus erat.
Suecorum Regis legato hac arce ſororem
Tradidit Henricus, ferreus ipſe, Comes.
Nunc Plonam ſibi Dux Holſatus vendicat arcem
JOANNES; vivat Neſtoris ille dies.

Suaveſtedium arx Epiſcopalis.

Quod ſuavi ſum ſtructa loco, SVAVSTEDIA dicor,
Suavia enim mihi ſunt paſcua, ſuavis ager.
Paſcua; quæ pecori largiſsima pabula fundunt,
Agri; qui reddunt fœnore farra gravi.
Non mirum Sleſuviga, tui quod Præſulis arx ſit,
Hi plerumque ſolent ſuavi habitare loco.

Arx Bothcampia.

Plane exquiſita me condidit arte Joannes
Ranzovius, primæ nobilitatis Eques.
Biſſeno lacui ſum proxima, qui fluitando
Magna ex parte ſuis me ſimul ambit aquis.

Hic

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Hic locus Eidoræ fluvii fons eſt & ōrigō,
Quæ mox navigeris ardua creſcit aquis.
In montis ſum ſtructa jugo, lapideisq; columnis,
In quibus Italica fulget ab arte decus.
Cinctaque præterea bene ſum ſpirantibus hortis,
Non contemnendum quos decus eſſe puto.
Deque tribus merito conſtat mea gloria rebus:
Quod meus eſt vere nobilis auctor Eques:
Quod ſedes alias mea magnificentia vincit
Nobilium, forma, ſumptibus, arte, bonis:
Poſtremo fluviis quia ſum vicina duobus,
Veliferi Eidoræ ſcilicet, atque Storæ.

Arx Arnſburgum.

Ranzovius Daniel non infima gloria ſtirpis,
Quæſivit juſta me ratione ſibi.
Scilicet ære ſuo ſibi me devinxit & armis,
Quæ pro Danorum Rege potente tulit.
Cum Suecus inferret bellum, Daniamq; feracem
Sumere pacifica cogeret arma manu.
Et quia RanZovius, conflictu Martis in iſto
Ictus tormento, fata ſuprema tulit:
Nunc ego ſum Petro fratri ſubjecta, ſepulti
Hæres legitimus qui Danielis erat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Inſcriptio Curiæ Gerhardi Ranzovii, Canonici Bremenſis, ibidem exſtructæ.

Tempore cum longo domus hæc collapſa fuiſſet,
Orbaq; jam cuncto pene nitore foret: (hardus,
Sumptibus hanc propriis voluit reparare GER-
Qui de Ranzoo ſtemmate nomen habet.
Eſſet ut hoſpitii ſedes ſibi grata, ſuisque
Qui cupiunt urbis commoditate frui.

CAPUT XIII.

Vrbs Hamburga.



Urbs jacet indigenæ Stormarſo Saxonis agro,
Hic ubi transverſo vertex Aquilonius axe
Quinq; ab humo decies & partes quatuor exſtat,
Hamburgum, ſylva cui notum nomē ab Hama,

Inter

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Inter Billa tuos, & olorifer Alſtria ductus:
Urbs antiqua, potens, qua non eſt clarior ulla
Nomine per, quotquot Germanus navigat, undas.
Namq; ſuæ matrix terræ, & velut horrea circum
Regnantis Cereris, promique penaria condi,
Per varias gentes, per regna, per oppida, fruges
Navibus exportat procul, importatq; viciſſim
Omnigenas merces, & magni ponderis aurum
Albidos auſpiciis, qui ſecto interluit amni
Mœnia vicatim, ſenisque reciprocus horis
Vicina occidui petit & fugit oſtia Ponti.
Quid vero terra & muris commercia in ipſis
Mille? quid artifices? quid propugnacula, foſſas?
Turres, templa ſcholas? quid tecta faventia morbis,
Aut ſenio affectos inopes? quid nobile veræ
Relligionis opus? quid leges, munia patrum:
Quid populi mores? quid zythi commoda dicam
Nectarei, & victus? digniſſima ſingula multis
Laudibus, hæc multas caperet ſi chartula laudes.
Pro re pauca loquar, dotata hæc cælitus urbs eſt.
Quidquid enim eſt horum, Deus ordinis auctor
in illam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Contulit, & conſervat adhuc ducente ſequaces
Juris in obſequium cives ſapiente ſenatu.
Gaude ergo Hamburgū nulla minor urbe per
Pax, pietas, leges, libertas, optima dona, (orbem.
Te non deficient, Chriſto duce & auſpice Chriſto.

C. S. H.

Urbs Chilonium.



Chilonium, Holſatiæ non infima gloria terræ,
A cuneo nomen, quo vocitatur, habet:
Quacunque aſpicias urbem, fluitare videtur,
Eſt etenim liquidis undique dives aquis.
Principis hæc etjam bene ſtructā continet arcem,
Structuris quæ ſe monſtrat ubique novis.
Et quia nobilium turma hic numeroſa quotannis
Confluit, Holſatiæ dicitur eſſe caput.
Et portu gaudet vectandis mercibus apto,
Haud parva utilitas civibus unde venit.
Cum Sueco Danus, cum Germanoq; Livonus,
Currere ad hanc urbem per mare nave poteſt:

Urbs

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Urbs Flenſburgum.



Me Fleno ſtruxit vicino in littore Ponti,
Nota ſatis non eſt cujus origo viri.
Ante fui ſedes horum, qui fallere piſces
Norunt, nunc domibus floreo magnificis.
Aptior haud urbs eſt mutandis mercibus ulla,
Prædita ſum portus commoditate boni.
Arx mihi perpulcra eſt, ſunt tẽpla decore ſuperba,
Regibus & Ducibus ſunt data jura mihi.
Nũc me jure regit pariter Chriſtjanus & arcem,
In Daniæ regno qui modo ſceptra tenet.

Urbs Renſburgum.



Urbem quã ſpectas hæc Reinholdsburga vocatur,
Eidora eſt fluvius, qui prope voluit aquas.
Altis munita eſt foſsis, munitaque vallo,
Limes & Holſatici, Daniacique ſoli.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Indidit huic urbi nomen Reinholdus, & arci,
Quas Rex nunc retinet Danica ſceptra gerens:

Urbs Haderſlebia.



A duce Woldemaro primum Haderſlebia nomẽ,
Jutia cui quodam paruit, urbis habet.
Arx hîc ſtructa fuit vicino in colle, JOANNES
Quam dux illuſtris diruit Holſatiæ.
Diruit, ac arcem vicino in littore cœpit
Sumptibus haud parvis ædificare novam.
Hansburgum dicunt: ſimul ut cum nomine notũ,
Arcis quis fuerit conditor, eſſe queat.
Struxit in hoc templum ſpecioſum marmore & *(auro,*
Sincero verbi motus amore DEI.
At Rex qui Danici regni moderatur habenas,
Nunc me, cujus erit fama perennis, habet.
Et quia Dux moriens multa imperfecta reliquit,
Rex hæres, opibus perficit iſta ſuis.
Ædis præterea Cathedralis in urbe videtur,
In qua RUMPOLDI ſunt monumenta Ducis:

Gymna-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Gymnaſium quoq́; Dux magna cum laude Joan-
Exſtruxit, curam relligionis habens. (nes
Attribuit reditus opulento principe dignos,
Nam ſtudia in pretio duxit habenda ſibi.
Inſuper & tutum maris Haderſlebia portum,
Fœcundos agros, paſcua læta tenet.

Urbs Sleſwiga.



Planities inter Scotos ſpectatur & Anglos,
Quæ licet exigua eſt, æquora bina ſecat.
Et Cherſonneſi Cimbrorum dicitur æſtus,
Non procul à Threna flumine velifero.
Cingitur hic iſthmus vallo, vallumque vocatur
Danorum, ſtruxit quod Godefridus opus.
Sleſuvigam porro nos illam dicimus, inde
Quod Slyæ ad curvum eſt ædificata ſinum.
Ampla fuit quondam, portuque excepit amico
Omnigenas merces, quas maris unda vehit.
Res ea decrevit, ſicut non amplius urbis,
Ceu prius, eximiæ nomen habere queat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Sic variat ſortem, ſic verſat Juppiter urnam,
Urbs una emoritur, quando alia exoritur.

Urbs Itzehoa.



Bellingo Duce Saxoniæ munita Ludero
Sum, quando Cæſar tertius Otto fuit.
Meque mei cives defenſavêre potenter,
Vandalia Holſaticas depopulante domos:
A Woldemaro porro ſum victa Secundo,
Qui tenuit forti Danica ſceptra manu.
Prata mihi & ſylvas Quartus donavit Adolphus,
Et jus conceſsit municipale ſimul.
Quodque Monaſterium cernis cum laude Gerhardus
Filius ipſius condidit ære gravi.
In quo cum reliquis poſt ultima fata quieſcit,
Expectans reditum, Chriſte benigne, tuum.

Urbs

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Urbs Crempa.



Urbs ego Cimbrigenæ non inſima gloria terræ,
Velifero Crempa flumine, Crempa vocor.
Quod ſimul in Storam reſonans ſe jactat, & Albim,
Me media, curſu præpete, parte ſecans:
Municipale meis jus ac inſignia ceſſit
Civibus, Holſatiæ Stormariæque Comes;
A Quarto celebris genitore Gerhardus Adolpho,
Alter & iſtius nominis ipſe Comes:
Cum vallo foſſas, & propugnacula ſtruxit
Auratus ſumma laude vehendus Eques
Janus Ranzovius, bello flagrante Lubeca,
Munitam ſatis ut dicere jure queas.
Rure mei vivunt cives, ac merce paluſtri,
Quod ſum fœcundis perbene ſtructa locis.
Porro Chriſtjano jam ſum ſubjecta potenti,
Qui Daniæ Rex, & Dux ſimul Holſatiæ eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Urbs Wilſtria.



Wilſtria, ſtructa loco, quo nullus amœnior eſſe
Holſatis poterit: nunc mihi carmen erit.
Nominis hic primum fas eſt inquirere fontem;
Ut conſtet, nomen traxerit unde ſuum.
Cudenſee. Profluit è ſtagno Cuieno Wilſtria flumen,
Navigii gratum commoditate ſui.
Quod Storæ miſcetur aquis, miſcetur & Albi,
Oppidulumque ſuis cingit & intrat aquis.
Hinc eſt oppidulo nomen: nunc cetera paucis
Verſibus expediam non reticenda mihi.
Oppida Cimbrorum qua libertate fruuntur,
Quicquid habent juris, commoda quæq; tenēt;
Hæc quoque conceſſit tibi Wilſtria blanda Gerardus
Optimus Holſatiæ Stormariæque Comes.
Quatuor hæc reges confirmavere potentes,
Danica qui forti ſceptra tulere manu.
Wilſtria, contiguas ædes, & divite cultu
Exornata quidem templa habet, atq; ſcholas:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Hic felix terræ bonitas, aerque ſalubris
Hic eſt, quod mentes exhilarare queat.
Cum mercatura, cultura hic floret agrorum,
Reſpondet votis agricolæque labor.
Flava Ceres alias hinc exportatur in oras,
Quæ tanta terræ fertilitate carent:
Utere ſorte tua multis feliciter annis,
Wilſtria, pace vigens vtere ſorte tua.

Urbs Plona.



Nec te, quæ reliquas cecinit, mea Muſa ſilebit,
Quin ades in numeros, Plona, vocata meos.
Non tu celſa quidem domuum faſtigia jactas,
Plurima nec ſpacij tecta capacis habes:
Parva vetuſtatem monſtrat ſtructura domorū,
Splendorem anguſta ſede locata fugis.
Vulcano graſſante tuas jam ſæpius ædes
Æquavit plano flamma maligna ſolo.
Ardua turritos non propugnacula muros
Oſtentant, altis foſſa nec ambit aquis:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Sed decus urbis habes magnum, per principis ar-
Quæ tibi contiguo limite juncta jacet. (cem,
Haud procul hinc Crito Buthonem cæde nefan-
Hei letho, facta deditione, dedit. (da
Hinc te ſtagna duo decorãt, quorum alluit undis
Hoc ſuperum; infernum ſed rigat iſtud agrum.
Piſce ſcatent multo, grata cultoribus eſca;
Præcipue anguillas copia dives alit.
Deliciæ civis, nunc hamo fallere piſces,
Nunc trahere ex altis humida lina vadis.
Te vario mulcent volucrum modulamine ſylvæ,
Plurimaq; incultam quercus opacat humum.
Sola Ceres non larga tuis ſe commodat arvis,
Sed tamen, hæc quantum vita requirit, habes.

Urbs Oldeſloa.



Cui de ſe nomen dedit, Oldeſlo, a vetuſtas,
Carminibus non eſt prætereunda meis.
Hæc etenim cum ſit fluviis incluſa duobus
Civibus impertit commoda multa ſuis.

Hinc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Hinc fluitat Beſtus, Travus gelidiſsimus illinc,
Civibus alveolo gratus uterque ſuo.
Travus at inprimis, portandis mercibus aptum
Piſcibus & plenum quem liquet eſſe bonis.
Atque hinc ad cives, qui donis hiſce fruuntur,
Utilitas certe magna frequensque redit.
Hic etjam fons eſt non parva laude vehendus:
Qui falſas omni tempore fundit aquas;
Sal quibus excoquitur, quo non magis utile quic-
Nec condimentum gratius eſſe poteſt. (quam
Hic quoque vectigal Danorum pendere regi
Mercator juſta conditione ſolet.

Urbs Tundera.



Exiguo quamvis ſpatio comprenſa ſit, omni
Non tamen omnino, Tundera, laude caret.
Nam pulcre ſtructas hæc in ſe continet ædes,
Annua cultori datque alimenta ſuo.
Fertilis hic primum ſeges eſt in pinguibus arvis,
Prataque graminibus luxuriare ſolent.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Huc ſimul Heſperium ſua brachia porrigit æquor,
Excurſu portum conſtituitque ſuo.
Per quem naviculis merces portantibus itur,
Ut mercaturam civis habere queat.
Navibus hunc Anglus, non raro Belga, Scotusq;
Innumeris portum mercibus ingreditur.
Effigies igitur tua ſunt inſignia navis,
Hoc uti veteri, Tundera, more ſoles.
Arx muris, vallo, nec non circumdata foſſa,
Vicino Ducis eſt ædificata loco.
Nobilium quoque finitimæ paulumque remotæ
Sunt arces aliquot, Tundera pulcra, tibi.
Nec fœcunda tuis à finibus ora receſsit
Longius, à priſcis Anglia dicta viris.
Creditur hinc Anglos olim migraſſe, ſuumque
Mutaviſſe ſolum: qua ratione, latet.
Hæc ſunt, queîs merito tu commendabilis eſſe
Verſibus in paucis, Tundera parva, potes.

Urbs Ekeleforda.



Creditur a parvo nomen traxiſſe Sciuro,
Salſi dives aquis Ekeleforda maris.

Ekele-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Ecelefordа tamen dicendum rectius eſſet,
Antiqua oppiduli ceu monumenta docent.
Nominis ejuſdem fuit hîc arx tempore priſco,
Aſt ea nunc bello diruta tota jacet.
Ad centum paſſus circumfluit æquor Eoum
Oppidulo, portum conſtituitque bonum.
Ex quo fit tutus varias transcurſus in oras,
Si quem mercandi functio grata juvat.
Suntque duæ oppidulo portæ, ſub luce viator
Solari, per quas ire redire poteſt.
Ligneus hic pons eſt, idemq; oblongus eunti,
Mons quidam excelſus non procul inde jacet.
In quo deſtructæ ſunt arcis lucida ſigna,
Eſtque locus liquidis undique cinctus aquis.
Nec non oppidulis eſt annumeranda vetuſtis
Eceleforda, ſui neſcia principii.
Ignoratur enim quis ſit fundator & auctor,
Oppidulum certe pervetus eſſe liquet.
Hîc quos mireris capiuntur in æquore piſces,
Longi tres ulnas ſcilicet atque decem.
Hic quoque nobilium ſedes ſpectare licebit,
Quæ ſunt oppiduli non mediocre decus.
Nam toties paſſa eſt flamma crepitante ruinam,
Ac amiſit opes Ekeleforda ſuas.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Sunt hic in pretio mediocri cuncta, nequitq́;
Incola de dura conditione queri.
Hic multis victum cereviſia cocta miniſtrat,
Nomine in Holſato ſat bene nota ſolo.

Urbs Huſenum.



Huſenum illuſtris pars eſt quotacunq; Ducatus,
Qui Sleſuvicenſi nomine nomen habet.
Holſatiæque Duci jamdudum paret Adolpho,
A quo juris habet principe, quidquid habet.
Nam licet egregio ſit felix incola portu
Huſenſis, tuto ſolvere ut inde queat.
Mercibus atq; ſuis Hollandos poſſit, & Anglos
Viſere, & externas inde referre domum.
Et licet haud cedat Flensburgo, quo ſua crebro
Tranſportare ſolet, vendere quæ ſtatuit;
Rite per Heſperium queat & mare currere, nec
Longius amotos viſere poſſit agros: (non
Non huc uſque tamen jus municipale valebat,
Quamvis optaret ſæpe, parare ſibi.

Non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Non ædes muro, foſsis, vallove licebat
Cingere, ne contra ſumeret arma Ducem.
Nec ſe Dithmarſis adjungeret, effera quorum
Vita, eheu, belli fax furioſa fuit.
His vero victis, eſt exoratus Adolphus,
Et jus Huſeno municipale dedit.
Illic & magnis exſtruxit ſumptibus arcem,
Qua vix his ipſis pulcrior ulla locis.

Urbs Roſchildia.

Urbs vetus à Roe Roſchildia condita Rege
Danorum, celebris commoditate loci eſt.
Largiflui præſtant hic maxima commoda fontes,
Percipit hic fructus incola pinguis agri.
Hanc ratibus portus merces Iſora ſub urbem
Commodus importat, per Boreale fretum.
Structura hanc ornat Cathedralis ſplēdida tem-(pli,
Haraldi auctoris nobile Regis opus.
Sueno furcatæ clarus cognomine barbæ,
Jus populo hic aucto municipale dedit.
Hîc monumenta operis præclari illuſtria Regum
Sacræ ædi cernas multiplicare decus.
Hîc ſchola Pieriis celeberrima floret alumnis,
Hîc docti tradunt dogmata ſacra viri.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Urbs Haffnia.

Haffnia Daniacis cunctas ex urbibus urbes
Exſuperatque bonis, exſuperatque ſitu.
Balthica nec retinet celebrē magis Inſula rebus,
Cimbria nec famæ nomine clara parem.
Non huic æquandā Gothlandia laudibus urbem,
Inſula ſit quamvis, hinc quoque robur habet.
Non ſimilem æquoreo ſtagnans Selandia ponto
Cernit, & invicto Jutia Marte potens.
Non jactans meritas virtute Fionia laudes,
Nec quæcunque ipſi eſt Inſula juncta videt.
Sunt munita ſuis hic propugnacula foſſis,
Juncta quibus ſtagnans foſſa liquore jacet.
Aereoque jugo mons illam terreus ambit,
Mars ubi tuta ferus caſtra locare poteſt.

Berga Norwegiæ.

Norwegiæ regno ſubjecta eſt B E R G A *potenti,*
Urbs mercatura ſat bene nota ſua.
Urbibus hæc aliis Hanſæ ſe fœdere junxit,
Non contemnendum quas decus inter habet.
Nec, quod inacceſſos eſt inter condita montes,
Temporibus priſcis Berga vocata fuit:

Sed

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Sed quod veliferis ſtatio eſt jucunda carinis,
Eripit & merces naufragio ipſa graves.

CAPUT XIV.

ENCOMIA

Fluviorum aliquot Holſatiæ, ac Sleſvicenſis ducatus.

ALBIS Fluvius.

Vomere ubi terram ſcindunt raſtrisque Bohemi,
Albis ego puro profero fonte caput.
Hinc & per ſylvas delabor & invia ſaxa,
Germaniæ campos hic & ubique rigans.
Certa lege maris tumidi mea fluctuat unda,
Et ſolet Holſatis limitis eſſe loco.
Germaniæ fluvios inter niſi Rhenus honorem
Dicitur haud ullus præripuiſſe mihi.
Sæpe fero naves peregrina merce refertas,
Vicinis præbens commoda multa locis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Squamigeræ gentis varias ego profero formas,
Hic quoque vel Rhenus ceſſerit ipſe mihi.
Complures in ſe recipit meus alveus amnes,
Ipſe ſed immenſo mergor in Oceano.

TRAVENA.

Non poſtrema mihi debetur gloria, quando
De fluviis fuerit mentio facta vagis.
Unde ſed emergam quæris? meus unde ſit ortus?
Villa meo dudum nomine dicta docet.
Nam Travenhorſtorum nomen teſtatur abunde
Iſtius tractum me genuiſſe loci.
Hinc ego progrediens ſtagno commiſceor iſti,
Quo fruitur large Wenſiniana domus.
Hinc mea Segbergæ caſtrum præterfluit unda,
Et per agros placido tramite carpit iter.
Hinc Oldeſloam curvis ſeco flectibus urbem, &
Vicini Abbatis vertice ſtringo ſolum.
Tum celeri curſu Lubecam deferor, & mox
Cæruleis præceps in mare volvor aquis.
In mare vicinum duo per miliaria diſtans
Oſtia, quæ noſtro nomen ab amne trahunt.

EIDORA loquitur.

Ranzoviûm ſtagno Botkampia cingitur aula,
Ex iſto fluxus pendet origo mei.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Inde ego proſiliens, Borsholmi tecta vetuſta
Cœnobii curſu liberiore peto.
Atq; hinc Chilonium tendit meus amnis ad urbẽ,
Sunt ubi nobilium principis atque domus.
Hinc Rendesburgum pergo propiusque ſaluto,
Quod Rex nunc retinet Danica ſceptra gerẽs:
Ulterius vero placidis ambagibus errans,
Halenſis caſtri flumine rura rigo.
Eſt etjam populus ſignatus nomine noſtro,
Qui me conſpicui limitis inſtar habet.
Hunc ego finitimis Dithmarſis ſeparo terris,
Heſperio tandem devoror ipſe mari.

DE STORA FLUVIO, ARCEM Bredenbergenſem præterlabente.

M.H.Conradinus.

Ortus ab Holſatis qui Stora paludibus exit,
Stormariam priſco nomine ſignat humum.
Ranzovicam refluens certa vice præterit arcem,
Veliferas alto portat & amne rates.
Hic latus Holſatæ ſtringit regionis ad auſtrum,
Fœcundosque ſuo flumine reddit agros.
Piſce ſcatet, mercesque vehit, ditatque colonos,
Mixtus & Albiacis in mare fertur aquis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

DE BILLENA.

Clarus ubi ſurgit Billena virentibus agris
Holſatum claudens ex oriente latus;
Et curſum flectit puri torrentis ad arcem,
Proventus princeps cujus Adolphus habet.
Bergerdorphiacam nec non præterfluit urbem,
Totus in Albiacas quam prope fertur aquas.

SUENTINA loquitur.

Piſce ſcatens multo ſtagnum fluitare videtur,
Haud procul a tectis Plœna vetuſta tuis.
Hinc ego proſiliens flexis ambagibus erro,
Fœcundoque meis prata frequenter aquis:
Cœnobium Pretzenſe meo præterfluo curſu,
Sic & Odendorphum, quæ loca villa tenet:
Hinc prope Chiloniũ præceps devolvor in æquor,
Exeo, dum placido murmure carpo viam.

Alſtria de ſeipſa loquitur.

Non procul à templo, frigus cui nomina fecit,
Undarum primus fons & origo mihi eſt.
Inde ſed Hamburgi tandem commiſceor Albi,
Servioque haud parva commoditate molis.

Hambur-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Hamburgi coquitur de me Cereviſia, quæ mox
In loca devehitur multa, ſapore placens.

Sleja.

Vicinam præſtans habet arx Gottorpia ſylvam,
Nomine quæ proprio Pœla vocata fuit.
Hinc Sleja exoritur fluvius, qui piſcifer urbem
Sleſvigam tumidis undique ſtringit aquis.
Ingentesque olim poterat tranſmittere naves,
Fœtas omnigena merce ſoli atque ſali.
At nunc obſtructus belli molimine portus
Navigiis magnis commoda priſca negat.
Fertque ſcaphas tantum parvas, ſed munere Di-
Halece exuberat, piſce ferace ſcatet. (vûm
Præterquā pius Anſcharius quod tempore priſco
Hoc baptizavit millia multa lacu.

Treja.

Ex ſylvis, quibus arx Gottorpia cingitur, amnis
Treja fluit, triplici nomen ab amne trahens.
Tres etenim rivi fluvium miſcentur in unum,
Teutonicum nomen Treja vocata tenet.
Navigiis tantum parvis eſt apta ferendis
Suaſſtediamque arcem præterit uſque fluens.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Intrat & Eidoram, cum qua conjungitur, ac mox
Oceani vaſtis conſociatur aquis.

Schuala.

Saltibus ex gelidis Bordesholmenſibus ortum,
Principiumq; ſuum Schuala paluſtris habet.
Atque Monaſterii quod de novitate vocatur,
Oppidulum curſu præterit inde ſuo.
Tandem non uni molitori commoda præbens,
Per Storam in Albiacas exoneratur aquas.

Milda.

A Sleſvicenſi quondam Eiderſtadia tractu,
Ad Boream Mildæ flumine ſecta fuit.
Qua Sleſviga ferax Borealem ſpectat ad Arctō,
Nunc aliam faciem ſed tibi Milda refert.
Per plures etenim foſſas diducta videtur,
Incluſa anguſtis & fluit alveolis,
Cædeque Danorum funeſta Regis Abelis,
Ut celebris fieret, nobilitata fuit.
Friſius huic etenim vitam Eidorenſis ademit,
Haud procul à ripis lucida Milda tuis.
Delevitq; gregem, quem ſecum duxerat omnem,
Ex illo celebris tempore Milda fuit.

Hevera.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Hevera:

Hevera finitimos Huſeno proluit agros,
Triſcum cui nomen Cimbria priſca dedit.
Civibus Huſanis dat portum, littore gaudens,
Quo varium puppis navita ponit onus.
Hinc etjam Eidoræ, Strandumq; interluit arva,
Occiduasque petit vortice ſævus aquas.
Hunc ſecat Hiſpanus fluvium Cantorq; Britannus,
Hucq; alia adveniũt regna remota trabe.

CAPUT XV.

Aula depicta

Ex Luciani περὶ τῶν μισθοσυνόντων adumbratione, proſopopœiis & verſibus ab Henr. Ranz.

PAlatium in faſtigio montis abrupto ſitum eſt, veſtibulo inaurato, lubrico & præcipiti aditu. In interiori parte domus OPULENTIA ſedet, tota, uti apparet, aurea, deſiderabilis, & ſui amore inflammans intuentes. Porro amatorem aulæ ſtupeſcentem, &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

aurum oculis devorantem SPES verſicolor introducit; recentem aulicum excipiunt duæ mulieres FRAUS & SERVITUS: Hæc LABORI per manus tradit: illa confectum & morbidum Senectę committit: poſt Contumelia agit ad deſperationem. Ex hinc ſpes avolans evaneſcit. Tum vero miſer extruditur non per aureas quas ingreſſus erat fores, ſed per poſticum quoddam tenebroſum & occultum, pallens, tremulus, ventriculoſus, annis pannisque obſitus. Denique ejecto occurrit POENITUDO. Poſtremo tot modis confectum & jam trepidum, incurvum in ipſo contumeliæ dolore ſagitta interemptum, MORS optatiſſima ſola fœderis tenax præcipitat in egeſtam ſcrobem.

Emblema de Aula.

Mœnia, quæ ſummo ſpectant de vertice montis
Sidera, dic quodnam nomen & omen habent?
Aulam Roma vocat, ſedes Regumq; Ducumq;
Luxu, divitiis, ambitione potens. (*eſt,*
Lubrica mortalis vitæ & ſinuoſa palæſtra,
Excipiens pravos non minus atque bonos.
Cur juvenis, lauri reſidens viridantis in umbra
Triſtia defixus lumina ſpectat humum?
Ille operum patiens mœſto ſub corde volutat,
Quam malit vitam, quod ſtudiumque ſequi.

Ne

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Ne trahat ignavam laſciva per otia vitam,
Molliaque ætatis tempora ducat iners.
Spes Dea cur nivea juveni ſtat proxima palla,
Commonſtrans digitis regia tecta ſuis?
Allicit incautas juvenum Reſpublica mentes,
Et ſplendor nimias qui comitatur opes.
Sed cur aſtat HONOR, *Tyrio velatus amictu,*
Cui levis ambroſio ſpirat odore coma?
Nominis & famæ cuncti fulgore trahuntur:
Ambitio multis exitiale malum eſt.
Cur FORTUNA *aſtat læto blandiſsima vultu?*
Adjuvat audaces Sorsque Deusque viros.
Ergo quiſquis amas vitam traducere in aula,
Continget votis Aula petita tuis.
Fata hominum cedunt interdum proſpera cœptis,
Irrita nec ſemper fert pia vota Notus.
Quid de nocte ſtruunt BACCHUSQ; CERESQ; VE-
Otia lethifero candida melle fovent. (*nusq;?*
Hæc capiunt fluxa juvenum dulcedine mentes,
Ut ſe regna Deos inter habere putent.
Interea luxu tranſactæ corpora noctes
Attenuant, animis & vigor omnis abit.
Cur abjecta jacet PALLAS? *cur aliger ille*
Hanc levat & pictas non ſinit ante fores?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Nil animum formâſſe juvat pietate boniſque
Artibus, & mores addidiciſſe graves:
Si non eloquio polles, verſatile ſi non
Affers ingenium multiplicesque dolos.
At juvenem excipiens aurata compede vinctus,
Dic cur regales ſtat LABORANTE *fores?*
Sit licet immenſo circumdatus Aulicus auro,
Suſtinet immenſi grande laboris onus.
Succeſſusque dolens hominum, cur juncta labori
Squallida vipereo felle ſtat INVIDIA*?*
Nemo fuit, nec erit tam præſtans fortibus auſis,
Ut valeat morſus effugere Invidiæ.
Ut comes eſt radios per Solis euntibus umbra:
Virtutem livor ſic comitatur iners.
Aulai in medio cur torva CALUMNIA *picta eſt,*
Et, quam præterea, cetera turba, vides?
Quo non ſacrilegæ penetrant mendacia linguæ,
Jactaque ſub blandis ſcommata ſalſa jocis?
Nam quicunque ſua virtute emergere neſcit,
Obtrectare aliis, creſcat ut ipſe, ſolet.
Dic cur PERFIDIA *aſſiſtit? quia tempore noſtro,*
Sub blando eſt fidei nomine rara fides.
Peſſimus is certe eſt inimicus, quiſquis amicus
Creditus, occulta ſubdolus arte nocet.

Quid

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Quiſquis adulari, palpumque obtrudere neſcit
Blandius, hunc aulam non adiiſſe velim.
Nam paraſitus edax Regum dominatur in aula,
Principibusq; placet dulcior ore Colax.
Semper adulator veſcens popularibus auris
Blandiloquus, domino quæ placuere probat.
Cur juvenem rurſus NEMESIS deturbat ab au-
En quam non magnis ejiciens foribus? (la,
Admonet hæc Nemeſis, ne quis nimis alta requi-
Eſt aliquid parvam poſſe habitare caſam. (rat:
Multos aula viros ad ſummum evexit honorem,
Aulaque permultis attulit exitium.
Ferre moram, moderari iram, cõtemnere riſum,
Dura pati, cunctos aulica vita docet.
Cur MORBUS pallens regali limine pulſum
Excipit, & tremulo tarda ſenecta pede?
Debebant multi poſito bene fine malorum
Vivere non ullo ſollicitante metu.
Quos ubi jam ſubeunt morbi, triſtisque ſenectus,
Dejicit extremo tramite cauſſa levis:
Deſpectique jacent, & dulcia limina ſæpe
Ejecti mutant, exilioque domos.
Nil fulſiſſe juvat meritis inſignibus olim:
Nil rerum molem ſuſtinuiſſe gravem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

At cur aſſiſtit tumulum prope noxia torquens
Spicula, funeſta MORS violenta manu?
Fallit Spes & Honor, fallit Fortuna Laborq́;,
At Lacheſis certam ſervat ubique fidem.
Rebus ab immodicis animum ſubducito ſemper:
Ante oculos vitæ ſit tibi meta tuæ.

JUDICIUM HENRICI
Ranzovii de ira Principum.

VIOLENTA res ira Principum, cui ſi incõmode reſiſtas, graviores excitant tumultus. Equi quemadmodum feroces non vi, ſed popiſmate leniuntur. Et nautæ non pugnant adverſus impotentem tempeſtatem: ſed vel quiete, vel obliquis curſibus utentes exſpectant cælum commodius. Multis rebus medetur tempus, quas nulla vi emendare poſſis. Res humanæ ſemper quidem fluctuant, ſed quoties incidit inſignis aut fatalis rerum mutatio, multi periclitantur, qui non cedunt turbini.

Idem verſibus Elegiacis.

Ira gravis Regum eſt, cui vi ſi forte repugnes,
Inſano turbant cuncta furore magis.
Ut ſonipes non vi, ſed victus ab arte domatur,
Nauta nec in ventos irrita bella movet:

Sed

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Sed fugit obliquis Borealia murmura velis,
In tuta tacitus vel ſtatione manet.
Multis ſæpe dies atque ætas longa medetur,
Quæ nulla in melius vi retuliſſe queas.
Caſibus incertis mortalia cuncta rotantur,
Præſentique horæ vix adhibenda fides.
Sed tamē ille ſapit, qui in tempore cedere novit,
Cum fatale Jovis fulmen ab arce cadit.
Perfer & obdura, nolique reſiſtere fatis,
Tempus erit tibi cum proderit iſte dolor.
Diſcito fortunam placide ſuperare ferendo,
Atque animum ſortis ſpe melioris ale.
Suggeret ingenuas animis tolerantia vires:
Vincere felices ſpes ratione docet.

ALIUD HENR. HUSAN. UBI dictum Saluſtii explicatur, quod regiæ voluntates, ut vehementes, ſic mobiles, ſæpe ſibi ipſis adverſæ.

Servivi patriæ diverſas miſſus in oras,
Gratia dum cari ſalva manebat heri:
Obrutus aſsidua multorum mole laborum,
Ut varie curas erogat aula ſuas.
Triſte ſed heu pretium nactus ſub fine laborum,
Expertusque tuam mobilis aula fidem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Qui mea forte leges veſtigia deditus aulæ,
Huc ades, exemplo diſce docende meo:
Fidere nec magnis Ducibus, nec Regibus, auſis.
Ah miſer illorum quiſquis adorat opes!
Quippe voluntatis, fortunæ, denique vitæ
Unica quos certos non videt hora ſuæ.
Sunt homines, magniq; Duces Regesque ſuperbi:
» *Fallit in humanis ſpes ſita præſidiis.*
Mobilis Euripo magis eſt humana voluntas,
Semita fortunæ lubrica, vita fugax.
At ſi perpetuo conſtat divina voluntas,
Æterno ſtabilis vita vigore manet:
Finibus arctata eſt immenſa potentia nullis:
Ergo ſit in ſolo ſpes tua fixa Deo.

Cautio aulica Doct. Huſani.

Qui controverſa de relligione, virisque
Principibus loqueris, pauca loquare bene.
Ne vox per jugulum redeat tibi, linguaque magnum
Attrahat incauta futilitate malum.
Ergo quod eſſe vides in eis laudabile, lauda:
Cetera, ſed tacite, diſsimulare potes:

Regula

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Regula aulica.

Mancipii quicunque tui potes eſſe, caveto,
Ne te mancipio ſubjuget aula ſuo.
Si tamen aula tibi placet & cultura potentum,
Hæc præcepta memor mente reconde tua:
Prima timere Deum ſit lex, agere altera recte, 1. 2.
Tertia mercedem dum datur accipere. 3
Quarta favori adeo nunquam confidere herili, 4
Huic ſimul ut credas corpus, opesque tuas.

Ad aulicum dulci fortuna ebrium.

Dum te Regis equi geſtant currusque citati,
Per populosque ſono quadrupedante ruis,
Quid ſis, quid fueris, quid poſſis eſſe, moneris,
Qualibet à currus circumeunte rota.
Aſpice quos abſis ſurſum vehit incita canthos,
Hi verſo jam mox orbe teruntur humi.
Talis vita hominum eſt, talis fortuna per aulas:
Si ſapis, inſtabili fidere parce rotæ.

De Curto, cane Ducis Joannis Megapolitani, H. Huſan.

Nare ſagax, animo præſtans, gratiſſimus aulæ,
Delitiæ Domini, gloria prima canum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Diſcerptus periit male cicure Curtus ab urſo,
Colluſore diu quo prius uſus erat.
Magnorum quicunq; Ducum verſaris in aula,
Cicuribus nimium fidere parce feris.

De eodem Andreæ Mylii.

Nare ſagax, pedibusque celer, ſed lumine læſus,
Delitiæ Domini Curtulus occubuit.
Sed qua morte rogas? immundæ dentibus urſæ,
Cum qua ſæpe prius ludere viſus erat.
Non bene diſparibus concordat gratia rebus:
Ut tuto poſſis ludere, lude pari.

EPIGRAMMA

In Vitum, canem Henrici Ranzovii ſagacem, & jam decrepitum, quem ejuſdem celoces in venatu vulpem eſſe rati, diſcerpſere.

Vitus canis de ſeipſo.

Qui Vitus vivus dicebar ab omine vocis,
Vitabant vivæ quod mea ſigna feræ;
Latratu lepores agiles qui ſæpe ſolebam
Vexare, à propriis vexor ego ſociis.
Qui mihi debebant ſuccurrere (gratia rara eſt
Sic inter ſocios) ſunt mihi cauſa necis.

Namq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Namque ego dum tardo leporis veſtigia greſſu
Sector & indicio proditur ille meo:
Proh dolor: en ſocii miſerum me dentibus omnes
Invadunt canum decrepitumque canem:
Diſcerpuntque mihi mox membra ſenilia morſu,
Non ſecus ac ſi ipſis præda petita forem,
Decepti canis, quos ætas fecerat, & pro
Vulpe illis cana, cana fit eſca canis.
Diſce meo exemplo ſociis confidere caute,
Res etenim noſtro eſt tempore rara, Fides.

Aliud de inconſtantia Fidei.

Fide parum, multumq; vide: nam fidere multum
Et vidiſſe parum, maxima damna parat.
Fide Deo fidus, mortali fidito caute,
Et belle ante vide, dignus an ille fide:
Lubrica namque fides ævo hoc: feliciter ergo
Fidis, quando vides, cui ſit habenda fides.

Morus de aula, quibus verſibus quaſi
exitium ſibi præſagiit.

Sic inter domitos ſine noxa ſæpe leones
Luditur, ab noxæ non ſine ſæpe metu.
Infremit incerta crebra indignatio cauſſa,
Et ſubito mors eſt, qui modo ludus erat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Conqueſtio canis, & applicatio cjuſdem ad aulicos.

Dum licuit, domini fidus cuſtosque comesque
Inter eram celeres gloria prima canes.
Quin etjam reliquos ſuperabam curſibus omnes,
Cum pede venabar non remorante feras.
Sed poſtquam ſenio confectus tardior eſſe
Incœpi, & me omnis gratia deſervit:
In contemptum abii, dominusq; nihil memor acti
Olim ſervitii, me quoque deſeruit.
Inſuper ante diem fato mulctavit amaro,
Et percuſſori præmia larga dedit.
Sic quoque dum vegeto ſua munia robore curat
Aulicus, in pretio permanet ille ſuo.
Dumque vigor ſtudii, dum vires corporis adſunt,
Acceptus cunctis ille miniſter erit.
Sed miſer aßiduiſi fractus mole laboris,
Sequeritur ſenii debilitate premi:
Nec ſolitas ſolita felix res conficit arte,
Et putat hunc iſtis non magis eſſe parem:
Aulica decreſcit mox gratia: linquitur ille,
Mercedem emeriti percipit atque canis.

De

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

De aula, H. Conradini.

Aula quid eſt? ſplendor mundi: faſtigia vitæ:
Res videt aula graves Marte togaque geri.
Aula quid eſt? labes mundi: faſtidia vitæ:
Sæpe malas etjam res videt aula geri:
Curarum pelagus: vaga ſpes: via plena pericli:
Splendida damna: quies irrequieta: dolor.
Sæpius utilius nihil eſt & clarius aula:
Utilis & clara eſt aula: ſed ignis edax.
Si quis abeſt nimium: non percipit inde calorem,
Si quis adeſt propius, læditur igne ſtatim.
Nec prope, nec procul hinc ſit, qui vult carpere fructum,
Tutior omnino eſt, ſi quis abeſſe poteſt.

De aula Peucerus.

Aula ſuis rapidos imitatur moribus ignes:
Errat ad hanc facilem qui putat eſſe viam.
Urêris, propius ſi paulo acceſſeris: at mox
Frigidus algebis, ſi procul abfueris.
Si medium teneas, calidi ſplendoris ab aula
Quæ ſatis eſt, nunquam copia defuerit.
Ergo frequens aulæ cave ne ſis hoſpes: eandem
Nec fugias, felix ſi cupis eſſe diu.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Antonius Cautius.

Vicinum torret, longinquum non juvat ignis:
Sic neutro potis eſt Aula juvare modo.
Ni nimium ſemotus eris nimiumve propinquus,
Utilis ignis erit: proderit aula Ducum.

Aliter.

Aula utenda datur prudentibus, ignis ad inſtar:
Quæ prope nec nimis eſt, nec procul, aula juvat.

In eandem ſententiam Henricus
Ranzovius. V. R.

Aulica vita genus vitæ eſt, quod ſplendet, & eſſe
Creditur à multis de meliore nota.
Reclamant alii, qui, quam ſit plena timoris
Aulica vita, ſuo jam didicêre malo.
Gratia nam Regum magno quærenda labore,
Et variis curis eſt redimenda tibi.
Nec tamen eſt ſtabilis, ſed lubrica, falſa, caduca,
Semper & in magno te facit eſſe metu.
Nam fumus tenues velut evaneſcit in auras,
Et cito bulla vagi ſit que perit que maris:
Sic quoq; res favor eſt magnorũ evanida regum,
Cum minime ſperas, avolat atque perit.

Momen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Momento que licet non acquiratur in uno,
Sed conſtet magno ſæpe labore tibi:
Momento penitus tamen hic extinguitur uno,
Imprimis cum tu dixeris: Aula vale.
Tum tibi præteriti reſtat non ulla laboris
Gratia, ſed ſævum fulmen ab arce venit.
Tumque tuam cingunt vel mille pericula vitam,
Ac in ſollicito cogeris eſſe metu.
Hinc fit prælustri velit ut quis vivere in aula,
Suavius eſſe nihil, ſplendidius ve putans;
Et tamen expertus vitæ genus oderit illud,
Vitandum cunctis nil magis eſſe putans.
Aula quid eſt igitur, niſi res quæ ſplendida cum ſit,
Cultori tamen eſt tota moleſta ſuo.
Tempore nam veluti brumæ, cum ſtiria tecto
Pendet, & eſt acri terra peruſta gelu:
Tum ſi quis fuerit calido ſemotus ab igni,
Algendo tepidum quærit ubique focum,
Idem ſi propius flammas acceſſerit ignis,
Uritur, & damnum læſus ab igne capit.
Sic quoque fit claris Aulai ſæpe miniſtris,
Quos externa rei fallere larva poteſt.
Eſſe putant miſerum Regum non vivere in aulis,
Cum poßint lauta vivere ſorte ſibi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Aſt aulæ fructus ubi guſtavêre moleſtos,
Eſſe bonum perhibent vivere poſſe ſibi.

Aliud de aula.

Dulcis inexperto res aulica vita putatur,
Experto contra triſtis amaricies.
Utri credendum? res eſt tutiſsima, doctis
Credere, & alterius rem didiciſſe malo.

ALIUD.

Utilius quo quis male gratæ ſerviit aulæ:
Expoſitus damnis hoc magis eſſe ſolet.
Præterit obſcuram virulenta calumnia turbam,
Quique magis proſunt, hos magis illa gravat.

ALIUD:

✠ *Si ſimulare potes bene diſsimulanda, viciſsim*
Diſsimulare etjam ſiſimulanda potes:
Aulicus es præſtans, nec te præſtantior alter
Eſſe poteſt, ſummam totius artis habes.

ALIUD.

Magnorum ingentem ſpem pluribus aula bono-
Dum facit, incautos allicit illa viros. (rum

Allectos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Allectos longo blande quoque tempore lactat,
Suſpenſos animis ſollicitosque tenens.
Sed gravium tandem ſero ſub fine laborum
Fruſtratos, probris afficit, atque fugat.
Exempla hiſtoriæ veteresque novæq; recenſent,
Et ſatis illorum qualibet aula dedit.

ALIUD.

Tutius in caula, blanda quam vivitur aula:
Aula ſecurus qui caret, ille ſapit.

Aulicus ſenex.

Contrivi miſere miſer tot annos
Guſtando mala, gratias agendo,
Sperando, ingenueque ſerviendo.
Tantorum mihi præmium laborum
Sunt ſero ſapere atque pœnitere.
Aula vale, non me tua ſors juvat amplius Aula,
Mors mea: quos nimium diligis, ipſa necas.

In vitam aulicam.

Qui trahere infelix ſpecioſo in carcere vitam,
Cunctaq; dura pati vult ſponte, moretur in aula.
Qui ſervis ſervire, moram qui ferre recuſat,
Seque irridendum præbere, recedat ab aula:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Spemq; metũq; inter dubius qui vivere non vult,
Omnia qui neſcit ſimulare, recedat ab aula.
Qui vere eſſe pius, qui ſobrius eſſe laborat,
Quique valere diu, nocituram deſerat aulam.
Aula locus, fortuna ſuos ubi lubrica luſus
Ludit, & exaltat nunc hos, nunc dejicit illos.
Aula mare eſt, quo non aliud furioſius ullum.
Aula fera eſt capitum multorum bellua, ſervos
Peſſundans plerumque ſuos: O terque quaterque
Infelix, fatua quicunque ſeneſcit in aula!

ALIUD.

Splendidius nihil eſt aula, & cultoribus aulæ,
His quibus urbanis contigit eſſe locis.
Triſtius at nihil eſt aula & cultoribus aulæ,
His qui regales incoluere domus.
Externam ſpectes ſi larvam, ſplendida res eſt
Aula, nec à paucis quæritur ipſa viris.
Aurea quos torques juvat, ac hyacinthina veſtis,
Quique ſalutari numina magna volunt.
Hic oculos hominũ ſplendor perſtringit, ut omnes
Hoc vitæ adfectent nocte dieque genus.
Longe aliud ſentit, Regum qui vixit in aula,
Cui velut experto major habenda fides.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Is genus hoc odit vitæ cane pejus & angue,
Et metuit veluti læſus ab igne puer.
Nam favor inſtabilis Regũ eſt, mutatur in horas,
Et citius quam fit (tu mihi crede) perit.
Euripus abſorbet nunc, & nunc evomit undas:
Sic quoque magnatum dicitur eſſe favor.
Elevat atq́; premit, bona dat terreſtria & aufert,
Jam ridet, torvum jam videt atq; furit.
Splendentisque velut lunæ variatur imago,
Et tandem nullo cernitur eſſe loco:
Gratia ſic Regum momento extinguitur uno,
Et levis eſt ratio, qua reus eſſe queas.
Dictio ſæpe movet magnatibus unica bilem,
Et tibi fit magni fons & origo mali.
Si mihi non credis, Salomoni credito Regi,
Conſilium ſuaſor qui tibi tale dedit:
Cœnandum fuerit tibi ſi cum Principe, fili
Frenando linguam mox cohibeto tuam.
Et cultrum jugulo ſupponito, ſi tibi vitam
Expetis, & placitos quæris habere dies.
Finge bonum Regem, tamẽ unica regnat in aulis
Beſtia cordatis inſidioſa viris.
Qua nec Tiſiphone, nec Alecto aut ulla Megæra,
Si rabiem ſpectes, tetrior eſſe poteſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Hæc quoque virtuti laudem concedere neſcit
Peßima, ſi nomen quæritur, Invidia eſt:
Hæc ſequitur benefacta viri, ſed dente canino,
Nigra ſolet paßim corpus ut umbra ſequi.
Exemplum præbet tibi Belliſarius heros,
Qui belli primum dux fuit eximius.
Et tandem in triviis exegit duriter annos
Cœcus, & exutus poſt benefacta bonis.
Ergo quid aula? gravis libertas, dulce venenum,
Anxietas animi ſplendida, dura quies.
Hæc aulæ facies nativa eſt, deſipit ille,
Si quis, cum poßit, non fugit illud onus.
Aula exi, moneo, nihil inconſtantius aula,
Et Regum ſalſus dicitur eſſe cibus.
Aſt honor eſt, aurũ non eſt, quod ſplendet ut aurũ,
Hic honor eſt onus, & denique dulce malum.

De vita aulica H. R.

Aulica vita licet multis ſit ſplendida pompis,
Non tamen eſt felix vita putanda diu:
Nam ſedes Stygii eſt turpißima dæmonis aula,
Aulicus hunc etjam non bonus ipſe refert.
Non etenim cultus divini numinis ullus
Eſt ibi, ſed faſtu pectora cæca tument.

Crimen

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Crimen & invidiæ ſemper dominatur in aulis,
Omnis ibi pietas exſulat atque fides.
Nec ſatis eſt tutum domino ſervire potenti,
Qui ſtricto offenſus vindicat enſe ſuos.
Sæpe ibi per ſortem multi tolluntur in altum,
Continuo lapſu qui graviore ruunt.
Non ſecus atq; rotæ pars infima tendit in altum,
Hæſerat obſceno quæ modo fixa luto.
Perq; vices rurſum, quæ pars verſatur in altum,
Depreſſa obſceno mergitur inde luto:
Fluctuat aula velut tumidũ mare portubus or-
Mergitur in cujus naufraga puppis aqua. (bũ,
Inviſusque ſtatim domino, cum debita longi
Servitii tandem præmia poſcis, eris.
Si tamen interdum ſectari cogeris aulæ
Limina, præcepti ſis memor uſque mei:
Scilicet ardenti dominis utaris ut igni,
Quem merito dominis aſſimulare licet.
Si quis enim calidum nimium prope frigidus ignẽ
Accedit, calido læditur igne cito.
Si quis at abfuerit nimium procul inde remotus
Alget, & inde parum commoditatis habet.
Sic etjam domino qui ſemper inhæret eidem,
Huic erit inviſus, cui modo carus erat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Si quis at interdum felici ſidere præſens
Adfuerit, ſed mox rurſus abeſſe ſtudet;
Crede mihi multo reliquis erit ipſe miniſtris
Gratior, atque etjam præmia plura feret.
Ad nutum domini ſemper componito vultum,
Ne gravis ipſius te premat ira diu.
Si te proſequitur forſan Rex ipſe favore,
Tunc tibi, crede mihi, cetera turba favet.
Lubrica ſed ſimul ac mutatur gratia regis,
Nemo, tuam cauſſam qui tueatur, erit.
Quanto deterior quiſque eſt, ac vilior aulæ,
Tanto majori debet honore coli.
Multa ibi, quæ nō ſunt, tacite ſimulare neceſſe eſt,
Atque eadem rurſus diſſimulare decet.
Hæc præcepta tibi non aſpernanda relinquo,
Horum ut ſis, felix ſi cupis eſſe, memor.

De Aula.

Splendida, qui dicit, magnum patet aula per or-
Meq; tenet, multos quæ ſimul aula tenet. (bem,
Me decor, & mire comitatur gratia plauſu,
In terris mihi nunc credo favere Deos.
Quæ cupis iſta tenes, huic experientia reddit:
Tu belle hæc dicis: cetera quæſo vide.

Luxu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Luxuries, epulæ, nugæ, convicia, rixæ,
Ebrietas, livor, culpa libido, ſtupor:
Cuncta tuos, quos nunc dicis, comitantur honores:
Et nihil eſt, ſimul hac quod modo laude vacet.
Gratia magna licet: tamen hæc virtute carebit,
Cunctaque ſunt, quæ tu colligis, aura, nihil.

In appellationem aulici Epig. Petri Lindebergii.

Quæſitum ſæpe eſt à multis, AULICUS unde
Deductum poſſit nomen habere ſuum.
Nonnulli á Græco cupiunt, quod ſit λύκος αὐτός,
Hoc eſt carnivoris par feritate lupis.
Nugæ: Vox Latia eſt, & dicitur Aulicus, aulas
Regum quod ſumma ſedulitate colat.

ALIUD.

Qui vult laudari à Dominis, carusque vocari,
Diſcat adulari, nam tales ſunt modo cari.

ALIUD.

Conturbare cave, non eſt placare ſuave,
Infamare cave, nam revocare grave.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

CAPUT XVI.



Encomia venationis.

Laudibus eximiis ars eſt decoranda Dianæ,
Si non exſuperet cum feritate modum.
Reddit enim timidos proceres ad prœlia fortes,
Anxia lætificans corda dolore gravi.
Mollitiem pellit, ſævique Cupidinis arcus,
Languida jucundo membra labore levat.
Sternit apros, cervosq; premit, qui damna colonis
Triſtia dant rudibus, dum male farra terunt.
Suppeditatque dapes, nigræque alimenta culinæ,
Pellibus hirſutis corpora nuda tegit.

Ergo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Ergò venandi ne tu contemne laborem;
Hic tibi quandoquidem commoda dicta feret.

ALIUD.

Si Spartam, Christi quæ munere contigit, ornes,
Et facias pura conficienda fide:
Nunc leporem catulo quid obeſt excire ſagaci,
Nunc in frondoſo tendere rete jugo?
Ardua nunc in apro venabula condere diro,
Nunc vario cervos exagitare metu?
Ipſe Deus generi dedit hæc animalia noſtro,
Quis tibi conceſſum jus prohibere poteſt?
Quid, quod ſollicitis arentia corpora curis
Lætificet, vires ſuſcitet atque pigras?
Quid, quod militiæ ſpecies ſit magna tremendæ?
Horret ſi quis apros, horret & ille viros.
Quid quod Oreſteæ radiantia tela Dianæ
Excutiant arcus, ſæve Cupido, tuos?
Præterea nigræ quod fert alimenta culinæ:
Nudaque detracta corpora pelle tegit?
Hactenus Exiguis Immenſa Negotia Rythmis
Explico, Jejunis Cantoque Vaſta Sonis.
Reſtringas Autem Nimium Temnaſve Sequen-
Occino, Venator Jus Violare Solet. (da,

Diſceptatio Veneris, Junonis, & Dianæ venationis Deæ, de præſtantia, arbitro Apolline.

Margaridum niveam nectens Eris atra coronã,
Quæ minus, ô Divæ, noxia, tollat, ait!
Tum Juno: Paridis dirimantur jurgia voce,
Num Venus hoc etjam judice ſerta feret?
Phœbus ad hæc: animos Juno, ſed corpora Cypris
Corrumpit: virgo hæc ambo Diana fovet,

Ejuſdem.

Hoc ſtudium patribus Cultũ quoq; teſte probatu R
Ebrei vatis Relligione ſacr A
Nomine Eſau venãdi Inſignis laude quid? an no N
Robuſtus Nimrod Sic quoque clarus era T?
Infeſtus ſi non ſis Triſti clade coloni S
Cur refugis ſtudium? Jure fruare tu O.
Venari quiſquis Non gaudes Zoile, lux V
Sis mollis, licitum eſt, Aut piger uſque ſit V.

Alterius.

Digna viro fortires eſt venatio, cladem
Dum nullam, ut doleat ſubditus, inde capit.
Cenſuit hoc Cyrus, contra ſi ſentiat alter,
Deſidia ignavus torpeat ille ſua.

Aliud

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

ALIUD.

Nobile ſi non eſt ſtudium venatio: quare
Hanc ſemper magni tam coluêre viri?
Allicit egregias varia oblectatio mentes,
Deſidiam & luxum deſidioſus amat.

Querimonia leporis Rythmica.

Flevit lepus parvulus,
Clamans altis vocibus,
Quid feci hominibus,
Quod me quærunt canibus?
Apertis oculis dormio,
Parum juvat id quod video,
Quid feci hominibus,
Quod me exagitant canibus?
Longas aures habeo,
Nec prodeſt quod audio,
Quid feci hominibus,
Quod me vexant canibus?
Breves pedes habeo,
Curſu velox abeo,
Quid prodeſt? ſequuntur homines,
Et canes incitant celeres.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Parvus ſum & placidus,
Et nemini noxius,
Quid feci hominibus,
Quod me indagant canibus?
At in hortos quod irruo,
Olusque quod comedo,
Nonnunquam & tenuem,
Quod proculco ſegetem:
Hanc licet juſtam ſcilicet,
Cauſſam putat quilibet,
Ut me canibus agitet,
In caſsibus lancinet.
At quid non atrocius,
Quid non & damnoſius,
Lupus facit rabidus,
Et ſus valens dentibus.
Hos rarus perſequitur,
De me præda petitur,
In me canes aluntur,
Et retia nectuntur.
Adde, dum me canibus
Sectantur velocibus,
Sæpe ſic proterunt ſegetes,
Quod centum nequeunt lepores.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Ego petor indies,
Mihi nunquam eſt quies.
Quid ô quid feci hominibus,
Quod me lacerant canibus?
Pellis eſt ignobilis,
Ad nullam rem utilis,
Quid feci hominibus,
Quod me agunt canibus?
At caro mea dulcis,
Et quæ ſapiat multis,
Hæc eſt, hæc cauſſa hominibus,
Quod me inſectantur canibus?
Poſtquam videt me fugam capere,
Hiſce, hiſce, ab omni latere
Inclamant: quæ illis eſt maxima
Voluptas, mihi mors eſt pallida.
Canes ubi tenent me,
Dentibus laniant me,
Lætor, ſi effugio,
Si non, malum aufero:
Captus in aulam deferor,
Cum gaudio excipior,
Veru infixus torreor,
Inde in menſam collocor.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Lætis animis me comedunt,
Vinoque dulci ſe proluunt,
Quid eſt, quod feci hominibus,
Quod me perſequuntur canibus?

CAPUT XVII.

COrollarii loco libuit adjicere inſcriptionem ſalini aurati, quod idem Henricus Ranzovius, Chriſtiano IIII. Regi Daniæ moderno, Friderici II filio (Anno Domini 1577. Aprilis 12. hora 4. poſt meridiem nato) cum Fidejuſſor in Baptiſmo ejuſdem adhiberetur, dedit.

Deus trinus & unus, largiatur huic Regio Nato, abavi ſui Chriſtiani felicitatem & fortunam: Proavi Friderici I. manſuetudinem & benevolentiam: Avi paterni, Chriſtiani III. pietatem & clementiam: Avi materni Udalrici Megapolitani exactum judicium & candorem; Friderici II. patris ſui magnanimitatem & prudentiam: ac horum omnium ſuorum majorum contra hoſtes ſuos glorioſas victorias. Hæ enim virtutes, ex tot Regibus & paterno ac materno Regio ſanguine, in illum defluxêre, talesque decent tot Regum prolem.

Aliter

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Aliter ſenariis converſum.

Qui trinus atque unus Deus regit omnia,
Te clare Regum ſanguis, & flos Principum,
Qui fonte Chriſti in ſanguinem laveris puer;
Faciat Deus virtutibus clareſcere:
Abavi det hic fortunam amicam & gloriam,
Qui Chriſtianus nomine hoc Primus fuit:
Avique pietatem det & clementiam,
Qui Chriſtianus hoc Secundus nomine:
Patrisq; magnum animum, & parem pruden-
tiam,
Qui Fridericus hoc Secundus nomine eſt.
Donetque majorum ſimul victorias,
Qui bellicoſa hoſtes ſubegerunt manu.
Fortes creantur fortibus: boni bonis:
Virtusque Regia filios Regum decet.
Tu Chriſtiane nomen hoc abavi, ac avi,
Servans, eris felix, bonus, fortis, pius.
Florere te cernat potens Septentrio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

CAPUT XVIII.

DE STATU MUNDI.

Prœlia crudeſcunt, gerit omnis natio bellum,
Omnia terribili regna fragore crepant.
Factio diſtractos in mutua vulnera cives
Armat, & alterna clade dat exitio.
Uſuris exhauſta jacent patrimonia Regum,
Unciaque in fœnus nulla ſat eſſe poteſt.
Non modus in victu, non eſt in veſte decorum,
Corpora luxuries, luxus inanit opes.
Quisque ſui ſeſe ſupra genus ordinis effert,
Contentusque ſuo denegat eſſe gradu.
Nemo laborantis, nemo miſereſcit egeni.
Omnis in humano corde refrixit amor.
Integritas, ſincera fides, candorque receſsit,
Melle fluunt linguæ, pectora felle tument.
Fœdera, contractus, commercia, pacta forumq;
Mille Sophiſmatibus pervia, mille dolis.

A cen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

A centro dimota ſuo, disjectaque tellus
Intremit horrendis concutiturque modis.
Æſtuat inſolitis agitatum fluctibus æquor,
Eluviem moles nulla coërcet aquæ.
Degenerant partes mutati enormiter anni,
Menſibus æſtivis frigida torpet hyems.
Tempore non alio defecit crebrius unquam
Luna peregrino lumine, Solque ſuo:
Nec prius ignoti toties arſere cometæ,
Ventorum gravior nec fuit ante furor.
Annona in pretio eſt vix ære parabilis ullo,
Unde fames multis ſævit acerba locis.
In populos ſpargunt diræ contagia febres:
Nec mortis ſpecies una, nec una via eſt.
Denique ceu longo labefacta puerpera nixu
Anxia, ſemianimis plena dolore gemit:
Sic defeſſa malis natura fatiſcit, & optat
Exuvias oneris depoſuiſſe ſui.
O immenſe Gigas, qui ſuſtentantia mundum
Fulcimenta tenes omnipotente manu:
O lapis abſque manu de monte revulſe ſuperno:
Rumpe moras, curſum corripe, Chriſte veni:
Deſtrue ſuccidui reliquum quodcunque Coloſsi eſt,
Exordire tuum protinus imperium.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

In quo certa quies ſtat definita laborum,
Fixus ubi noſtri terminus exilii eſt.

CAPUT XIX.

Concluſio Henrici Ranzovii V. R.

Quicquid in hoc vaſto mortalibus accidit orbe,
Sive ſit hocce bonum, ſive ſit hocce malum,
Cælitus hoc domino fit permittente ſupremo,
Qui Deus eſt ſolus condita cuncta regens;
Conſilioque Dei, quæ ſunt decreta potentis,
Ulla vitari non ratione queunt.
Hinc quoq; cum fatum magnas à numine vires
Accipiat, fato noſtra ſubeſſe ſcio.
Cuncta Deo parent, parent ſimul omnia fato,
Cum decreta Dei fata movere putem.
Ergo mihi ſi quid fauſti, vel ſi quid acerbi
Eveniat, placido pectore utrumque feram.

Novi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Novi etenim (bonitas cum ſit Deus ipſa) quod il-
Ad finem tandem ducet agetq́; bonum. (lud
Cum vel ab aſſuetis me ſic revocare laboret
Criminibus, petulans ne, velut ante, ſiem.
Vel commiſſa patris ritu peccata benigni
Sic mea caſtiget, ne graviora feram:
Vel quia vult alios noſtra quoque clade moneri,
Illos ne ſimilis poſt quoque pœna gravet.
Nec nova ſunt, quæ fata ferunt, nec mole pericli
Prudentum mentes terrificare queunt:
Sunt etenim noſtri paßi graviora priores,
Antiquum eſt nobis, quod fuit hiſce novum.
Et mihi ſi mortem minitentur fata propinquam,
Qua nihil hîc nobis triſtius eſſe ſolet:
Fata voluntatis divinæ nuncia, promptus
Sponte ſequar, vitæ eſt mors quia porta novæ.
Fata ſequar, nec erunt mea vota rebellia fatis,
Cum nil fata, Deus ni moderetur, agant.
Alme pater vitæ qui das primordia noſtræ,
Quique ſacro nobis numine ſemper ades,
Fac etjam vitæ felix ſit & exitus hujus,
Ultima nec mortis ſit gravis hora mihi!

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

INDEX

Præcipuorum Capitum, quæ in hoc opuſculo continentur.

CAPUT I. continet

Arces & prædia Henrici Ranzovii V.R. fol. 14
Deſcriptionem arcis Bredenbergæ. 14
Typum ejuſdem arcis. 13
Portam ejuſdem arcis. 18
Armamentarium. 19
Cochlidem Bredenbergenſem. 20
Tres columnas ante Cochlidem erectas. 21
Horologium Bredenbergenſe. 22
Bibliothecam Bredenberg. 23
Henrici Ranzovii perpetuum de Bibliotheca ſua decretum. 25
Epigrammata aliquot in Biblioth. 26
Epigrammata in Bibliothecam & adjunctum ſacellum. 29
Epig. in Biblioth. & Pyramidem. 30
Sacellum Bredenbergenſe. 33
Hortum Bredenberg. 35
Apiarium. 39

Semina-

Seminarium arborum.	40
Pontem Ranzovianum.	44
Dracoburgum aulam.	46
Rintlemium aulam.	47
Prædium Wellingſbuttel.	48
Prædium Hattſtedium.	48
Prædium Tuſchenbeck.	50
Typum ejuſdem.	ibid.
Arcem Ranzovisholmiam.	52
Typum ejuſdem.	ibid.
Caſtellum Wandeſburgum.	53
Typum ejuſdem.	ibid.
Prædium Bucken.	55
Prædium Melbecam.	56
Typum ejuſdem.	ibid.
Arcem Redingſtorpianam.	58
Typum ejuſdem.	ibid.
Prædium Ovendorp.	60
Caſtrum Nutſcow.	61
Typum ejuſdem.	ibid.
Prædium Nuchel.	62
Oppidum Gronow.	63
Typum ejuſdem.	ibid.
Inſcriptionem Noſocomii ibidem exſiſtentis.	64
Prædium Stelnow.	65
Prædium Erffradt.	66
Caſtrum Ranzow.	ibid.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Caput II. continet

Palatia Henrici Ranzovii V.R. 68
Lubecenſe. 68
Itzehoenſe. 70
Segebergenſe. 70
Chilonienſe. 70
Flenſburgenſe. 71
Hannoverenſe. 71
Mindenſe. 72
Epigrammata de iiſdem palatiis. 72.73

Caput III. continet

Libros ab Henrico Ranzovio V.R.conſcriptos. 74
Libros H.R. ſumptibus impreſſos. 80
Libros ex Bibliotheca Bredenbergenſi editos 81
Epigrammata in Genealogiam Ranzovii. 84
In Chronicon Alberti Abbatis Stadenſis 85
In Macrum Henrici Ranzovii, & ſpeculum Aſtrologicum, &c. 89

Caput IV. continet

Pyramidem Nordoenſem. 94
Typum ejuſdem. 95
Pyramidem Segebergenſem 98
Typum ejuſdem. 102
Effigiem Friderici II. Daniæ Regis. 107

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Caput V. continet

Obeliſcum Ranzovianum. 116
Typum ejuſdem. 117
Monumentum Gormonis Regis Daniæ. 121

Caput VI. continet

Molas Ranzovianas. 124

Caput VII. continet

Fontem Bredenbergenſem cum typo. 126
Fontem Munſterdorpienſem. 128
Fontem Redingſtorpianum cum typo: 129

Caput VIII. continet

Monumenta & Epitaphia Ranz. 130
Epitaphium Dethlevi Ranzovii Lubecæ poſitum. 131
Epitaphium Bartholdi Ranzovii Bremæ. 131
Epitaphium Ottonis Ranzovii Chilonii. 132
Epitaphium Dethlevi Ranzovii, fratris Joannis Ranz. qui obiit Romæ. 133
Epitaphium Balthaſari Ranzovii, Epiſcopi Lubecenſis. 134
Epitaphium Franciſci ab Hallen Antwerpiæ. 136
Epit. Magdalenæ Ranzoviæ, ſororis H. R. Itzehoæ. 138.
Epit. Theodorici ab Hallen Meldorpiæ. 139

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Epit. Gerhardi Walſtorpii avi materni Hen. Ranz. Segebergæ. 140
Epit. Breidæ Ranz. qui cum exercitu contra Carolum V. in Phriſiam miſſus fuit. 141
Effigiem ejuſdem. 142
Epitaph. Catharinæ Ranzoviæ, Abbatiſſæ Itzehoenſis. 143
Epitaph. Joannis Ranz. Hen. patris Itzehoæ. 144
Effigiem ejuſdem. 146
Epitaph. Catharinæ & Joannæ Rameliæ. 154
Epitaphium Danielis Ranzovii, belli Ducis cõtra Suecos. 155
Effigiem ejuſdem. 156
Epit. Theodorici Ranzovii. Hen. filii Lubecæ. 158
Epit. Pauli Ranzovii, Legati quondam Ducis Adolphi & Hen. fratris. 161
Effigiem ejuſdem. 162
Epit. Mettæ Ranzoviæ, Pauli filiæ. 163
Epit. Gerhardi Ranzovii, Pauli filii. 165
Epitaphium Caji Ranzovii, Pauli filii. ibid.
Epitaph. Annæ Walſtorpiæ. Henr. matris. 168
Epitaph. Joannis Ranzovii, Henr. filii. 170
Ejuſdem Joannis cenotaphium. 171
Epitaphium Eberhardi ab Hollen, Epiſcopi Lubecenſis. 173
Epit. Catharinæ Ranz. Henr. filiæ. ibid.
Ejuſdem cenotaphium. 174
Epit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Epit. Friderici Ranz. Henrici filii Pariſiis factum. 176
Effigiem ejuſdem. 177
Ejuſdem cenotaphium. 179
Epiſtolam conſolatoriam Friderici II. Regis Daniæ ad Henricum Ranzovium, de obitu Friderici filii, 4. dies ante ipſius Regis mortem ſcriptam. 181
Epit. Danielis Ranzovii, Petri Ranzovii filii. 182
Epitaphium Caji Ranzovii, Dethlevi filii. 188
Epitaphium Idæ Ranzoviæ, Caji filiæ Henr. Vic. neptis. ibid.
Inſcriptiones altaris Itzehoenſis. 191
Epitaphium Caji Ranzovii, Henr. Ranz. Vicarii filii. 192.
Effigiem ejuſdem. 193
Epit. Jacobi Qualii. 197
Epitaphium Diderici Vogels, Hen. R. miniſtri. 198
Epitaph. Pauli Oxmundt, H.R. pueri. 199
Epitaphium Henrici Ranzovii Itzehoæ erectum. 200
Typum ejuſdem. ibid.
Preces Hen. Ranz. pro felici ex hac vita exitu. 201
Inſcriptionem Sacelli Itzehoenſis. 203
Typum ejuſdem. ibid.
Inſcriptionem ſacrophagi Henrici Ranz. V.R. 204
Ejuſdem Epigramma ad ſuos. 205
Inſcriptionem lapidis ædiculæ S. Georgii extra urbem Itzehoenſem. 206
Epigramma in eundem lapidem. 207
Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Caput IX. continet

Emblema Henrici Ranzovii. 208
Emblema ejuſdem alterum. 211

Caput X. continet

Elogia quædam Henrico Ranzovio à diverſis conſcripta. 212
Collationem gentis Fabiæ Rom. & gentis Ranz. 222
Ænigma continens numerũ arcium Ranzoviorũ. 223
Ænigma continens numerum Ranzoviorum hoc tẽpore viventium. 224
Epig in effigiem Henr. Ranz. 225
In effigiem ejuſdem armatam. 226
In effigiem ejuſdem togatam. 227
Figuram Nativitatis ejuſdem. 228
Epig. in inſignia ejuſdem. 234
In effigiem Joannis Ranzovii Henrici patris. 238
In effigiem togatam ejuſdem. ibid.
Epigramma in laudem ejuſdem. 239
Aliud in laudem ejuſdem. 240

Caput XI. continet

Effigiem Viperti II. 244
Epigrammata in eandem. 243
Effigiem Viperti III. 244
Epigrammata in eandem. 245
Effigiem Henrici I. Burggravii Liſnicenſis. 246

Epigram-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Epigrammata in eandem. 247
Inſignia Viperti II. 248
Epigrammata in eadem. 249
Inſignia Comitum Liſnicenſium. 253
Epigrammata in eadem. 252
Arborem Genealogicam Comitum Liſnicenſiũ. 254
Epigrammata in eandem. 255

Caput XII. continet

Arcem Cronenburgum. 256
Arcem Gottorpiam. 258
Arcem Oitinenſem. 258
Arcem Haffniam. 259
Arcem Bredenbergam. 260
Arcem Segebergam. 260
Arcem Plonam. 261
Arcem Suaveſtedium. 262
Arcem Bothcampiam. 262
Arcem Arnſburgum. 263
Inſcriptionem Curiæ Gerhardi Ranzovii, Canonici Bremenſis. 264

Caput XIII. continet

Urbem Hamburgum. 264
Urbem Chilonium. 266
Urbem Flenſburgum. 267
Urbem Renſburgum. 267

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Urbem Haderſlebiam. 268
Urbem Sleſwigam. 269
Urbem Itzehoam. 270
Urbem Crempam. 271
Urbem Wilſtriam. 272
Urbem Plonam. 273
Urbem Oldeſloam. 274
Urbem Tunderam. 275
Urbem Ekelefordam. 276
Urbem Huſenum. 278
Urbem Roſchildiam. 279
Urbem Haffniam. 280
Bergam Norvegiæ. 280

Caput XIV. continet

Encomia fluviorum aliquot Holſatiæ, ac Sleſvicenſis Ducatus. 281
Fluvium Albim. 281
Travenam. 282
Eidoram. 282
Storam. 283
Billenam. 284
Suentinam. 284
Alſtriam. 284
Slejam. 285
Trejam. ibid.
Schualam. 286

Mildam.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Mildam. 286
Hevoram. 287

Caput XV. continet

Picturam aulæ. 287
Judicium Henrici Ranzovii de ira principum. 292
Cautionem & regulam aulicam. 294
Aliquot Epigrammata de aula. 295
In vitam aulicam Henrici Ranzovii V.R. 303
In Vitum, canem Henrici Ranzovii. 296
De Fide. 297

Caput XVI. continet

Encomia venationis. 310. 311
Diſceptationem, Veneris, Junonis, & Dianæ Venationis Deæ de præſtantia. 312
Querimoniam leporis Rythmicam. 313

Caput XVII. continet

Salinum inauratum Henr. Ranz. V.R. quod dono dedit CHRISTIANO IV. Regi Daniæ. 316

Caput XVIII. continet

Elegiam Henrici Ranzovii de ſtatu mundi. 318

Caput XIX. continet

Concluſionem. 320

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

°Dg: Non DEVS imponit maiora pic̃ula nobis
quam q̃ mortalis unicus possit ho.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 381 [45,-197 4°]